FASCICULUS EPISTOLARUM LATINE & GALLICE. IN QUIBUS, ...

Louis Du Moulin



…liure a de fr. le 17. & 18. de
… a Leyde. bon liure à relire.



Fasciculus EPISTOLARUM

Latinè & Gallicè.


In quibus,

LUDOVICUS MOLINÆUS satisfacere conatur Celeberrimo Theologo D° *Johanni Claudio* super nonnullis, quæ imprimis ventilantur, in Epistola ad Clarissimum Virum *PETRUM MUSSARDUM.*

Psalm. 71. ver. 7.

Fui Monstrum multis: Sed Deus fuit meum Refugium.





ELEUTHEROPOLI,
Juxta Exemplar *Londinense*, 1676

iro longè Illustri
Thomæ Overbury,
Equiti Aurato.

Q*Vanquam, jam totos hosce viginti annos, & quod excurrit,*
ota nostra variis studiis à
i ordinis viris accepta
; nemo tamen extitit nisi
aut alter, qui medius
usque partibus, & citra,
amorem, aut odium, sen-
iam meam, amicis cele-
ris nominis in Ecclesia,
riis, nec inductis colori-
repræsentaret, quoad ve-
in manus fragmentum E-

pistolæ Petri Mussardi, *Viri longè reverendi & scriptis ac concionibus tonantibus, diù Illustris in* Gallia *nostra, nunc Pastoris Ecclesiæ* Gallo-Londinensis, *ad perindè reverendum virum* Ludovicum Tronchinum, *Pastorem & Professorem* Genevensem: *in quo fragmento, usque adeo ingenuè & candidè mentem & sententiam meam, in re, de qua nunc mihi lis est cum Celeberrimo* Claudio *Pastore Ecclesiæ* Parisiensis, *exponit & exscribit, ut nunquam sperare potuissem de viribus meis, aptioribus verbis & minus in sequiorem sensum,*

(ut

facere amant, qui ſunt in
iniquiores) flexis, mea
ſenſa exprimere, quam
bus vir ille Reverendus
unctus eſt. Jam cum, hu-
aſciculo Epiſtolarum La-
rum, conſilium eſſet ad-
gere hoc fragmentum; mihi
gio fuit, eodem, quo in-
ntur cultu, veſtire, nè
quam de eo delibare aut
rſum interpretari viderer,
ue author ejus voluit; un-
factum eſt, ut hæc Syllogè
ſtolarum, prodeat variega-
ingua Romana & Gallicâ;
madmodum inde anſa ar-
a eſt, id quod nunc ad te
bo, Vir Illuſtris, cultu

 perinde

perinde teſſulato adornandi, Gallica Latinis ſuperinducendo: Nam postquam propemodum quinquaginta annos, peregrinus ſum in Anglia, pené itidem peregrinus & hoſpes ſum in Lingua mea patria, nec niſi ægrè idiomate, cui primis annis innutritus ſum, mentem meam nunc evolvo. Cúmque altrinſecus tibi potius arriſerint, mea tecum commercia Gallicâ lingua quam Latina, (licet hæc tibi Viro Doctiſſimo ſit familiaris) eadem libertate uſus ſum, Latina & Gallica alternandi, & hæc illis attexendi in eadem Epiſtola; ita

tamen ut Gallica tibi ſoli,
tina verò, Tibi & ſummo,
eologo Johanni Oweno
nctim dicta velim. Nam
ique & illi juxta, maximè
io hæc probari, ſiquidem
cce opere, cum illius tum
i texo vindicias : ut qui
bo, Ille & ego pariter va-
lemus in exiſtimatione bo-
rum virorum in Gallia,
ue invidiâ gravemur :
jus tamen me maximam
rtem ab ejus capite depu-
confido : ut qui paſſim
aticus, diviſionum &
ctionum ſator circumfere-
ur, & eo nomine, ſed falſò
uperabatur, nunc meritò
laudem

laudem mereatur viri ſancti conſulti & judicij, quo nihil ſubactius, nihil defæcatius; & per quem, ſi Viro fides eſſet apud Mundi Principes & Chriſtianorum Antiſtites, conquieſcerent omnes Controverſiæ circa religionem. Sed nunc à Romana ad Gallicam deſcendo, ut à Cothurno ad ſoccum.

DE tous les hommes de mérite avec qui j'ay eu quelque commerce, tant deca que delà la Mer, je n'en connois point qui ait l'eſprit plus éclairé, plus net, & mieux tourné, que vous

ous, & dont l'ame ſoit plus
elle & plus Chriſtienne &
us dégagée de tous ces
éjugez, qui captivent tel-
ment la plupart des hom-
es, qu'ils oſtent à leur
prit la liberté de juger
nement des choſes: la vé-
é eſt toujours également
en reçeüe chez vous, de
elque part qu'elle vienne,
Intéreſts du monde, ne
us obligent point à étou-
, ni à déguiſer les bons
timens, qu'elle vous in-
re. Vous ne vous laiſſez
int aller aveuglément à
opinions vulgaires, qui
nt d'authorité que cel-
le

le qu'elles tirent de la coutume & de l'éducation, de la foule & de la meilleure épeé. Et la maniére de vivre que vous avez choisie, qui vous éloigne de la cour, du Barreau, des charges publiques, & de cette ambition déméfurée qui pert lá plûpart de ceux, qui fondent làdessus leur souverain bien, est si heureuse & si agréable, qu'on ne vous peut assez louër de l'avoir préférée à toute autre. En effect, Monsieur, comme vous n'estes point chargé de famille & que vous jouissez d'un bien fort considérable, vous n'avez

ez pas beſoin du ſecours,
i de la faveur de la for-
une, pour vous maintenir
vec honneur dans le rang
luſtre que vous tenez dans
e monde. Et quoy que vous
nêpriſiez ce qui attache le
lus les autres, on voit ce-
endant réunis en voſtre
erſonne, tous les avantages
le la fortune & de la naiſ-
ance : Et ce qui vaut infini-
nent mieux, ceux de la
grace & de la piété, tout en-
emble. C'eſt ce qui ſe ren-
contre dans fort peu de
gens. Vous faittes d'ailleurs
profeſſion d'une religion,
dans laquelle vous-vous ſa-
tisfaittes

tisfaittes vous-meſme par les lumiéres, que vous tirez de la parole de Dieu, du bon ſens & de ces raiſons convainquantes, dont vous payez les autres ; & que j'ay gouſtées avec un plaiſir extréme, depuis pluſieurs années, que j'ay l'honneur de vous connoiſtre. Durant ce tems-là, Monſieur, il ne m'a pas eſté bien difficile de vous faire remarquer l'erreur de ceux, qui ont voulu introduire dans le Monde, une Egliſe Nationale de Droit Divin, y ériger un Tribunal égal à celuy du Pape, ou une Puiſſance indé-

dépendante, tant de celle
Miniſtére qui opére ſur
s Eſprits, que de celle qui
tablit avec raiſon dans
aque Egliſe particuliére
r un droit naturel, & par
uthorité d'une diſcipline
nfédérée, comme eſt celle
ue vous ſuivez ; dont les
nodes & les Aſſemblées
ſont compoſées que de
erſonnes qui donnent de
ons avis aux Egliſes parti-
uliéres, ſans entreprendre
e leur impoſer des loix par
ne authorité coactive, &
ui ne reconnoiſſent enfin
'autre Schiſme, que les fa-
tions qui ſe forment dans

une Eglise particuliére ; comme estoient celles qui s'élevérent à Corinthe du tems de St. Paul. Je suis bien autant vostre Disciple dans ces matiéres-là, que vous avez bien voulu témoigner estre le mien, au sujet que j'ay traitté dans ma *Parénése* & dans mon *Jugulum Causæ*; où mes hypothéses sont assez conformes aux opinions de ceux que le vulgaire appelle *Indépendans* ou *Congrégationaus*: dont le gouvernement, ce me semble, a plus de raport avec celuy de la Primitive Eglise, que celuy de toutes les autres. C'est ce que

e j'ay fait voir à quantité
nos meilleurs Eſprits de
ance, que j'ay détrompez
s forts préjugez qu'ils a-
ient contre ces Mrs, que
elques-uns de nos Paſteurs-
eſmes, ont voulu faire paſ-
pour des eſprits ſchiſma-
ques, pour des viſionaires
pour des perturbateurs du
pos public; du moins pour
s brouillons; comme il y
a en France, qui me met-
nt de leur nombre. Ce-
endant ceux qui ont exa-
iné la doctrine & la vie ex-
nplaire du ſcavant Dr.
wen, ne jugent pas ſi témé-
irement de ceux qui s'ef-

ſorcent de ſuivre l'une & d'imiter l'autre. Et cét incomparable Docteur, pour qui je conſerveray toute ma vie un reſpect & une eſtime particuliére, ne temoigne pas moins de Charité pour ceux qui s'oppoſent avec tant d'emportement dans leurs eſcrits, & dans leurs Synodes, à ſa diſcipline, que de vénération pour la mémoire de *Calvin*. J'eſpére, Mr, que vous me pardonnerez bien la liberté que je pren de vous offrir ce petit Recueil, qui établit fortement les ſentimens du Dr. Owen & les voſtres, par la ruine d'une

ſſance, & d'un Tribunal
cléſiaſtique National à
nitation de celuy de
me, & qu'il aura voſtre
robation. Si je ſuis aſſez
reux de l'obtenir, je me
ttray moins en peine de
e des autres. Car Mr,
is avez le diſcernement ſi
e, qu'il eſt impoſſible
vous approuviez ce qui
doit pas eſtre approuvé :
ceux qui ſeroient d'un
iment contraire au vo-
, ne paſſeroient pas pour
s Juges. Vous y verrez
abliſſement de la plus
e vérité du monde, aprés
e qui nous a révélé la

 do-

doctrine de l'Evangile, par l'établiſſement d'une ſeule maxime dans les Eſprits des hommes, aſſavoir.

Que la Religion de Rome, n'eſt autre choſe que l'attachement des Rois & des peuples au Pape & à l'Empire terrien qu'il s'eſt baſti dans leur Empire; & dont il continue la poſſeſſion, ſoûs ce déguiſement de Puiſſance Ecléſiaſtique & Spirituele & d'Empire de J. C.

Mais encore d'une Maxime qui eſt le gond ſur lequel le Pape, ſa Religion, ſon Egliſe & ſon Infaillibilité roulent, & dont la ru-

ne eſt une ſuite naturele & éceſſaire de l'intelligence e l'établiſſement de cette naxime : laquelle de vray uelques-uns du nôs Doteurs, & de nos ſcavans de la Robe, ont bien reconnue, nais qu'ils n'ont pas oſé xaminer de prez, par des onſidérations qui ſentent rop celles du monde, comne eſt la crainte de bleſſer eur Puiſſance Eccléſiaſtique. Mais comme je ne ſuis point emué par ces conſidérations, on ne doit pas trouver étrange que j'employe le peu de force, d'eſtude & de lumiére que Dieu m'a données

nées pour bien soûttenir cette vérité abandonnée & que l'on traitte d'opinion nouvelle, soûs ombre qu'elle a esté cachée quelque tems, & à qui on veut refuser cependant la grace de la nouveauté, que l'on accorde à la philosophie de Mr des Cartes. Il ne s'en faut pas étonner, puis qu'encore qu'elle ait à combattre une imagination creuse & sans aucun fondement, elle est pourtant soustenue par le faste, par l'éclat, par la vanité, par la pompe, & par les intérests mondains. C'est par de semblables moiens qu'elle

s'est rendue la Maitresse
s Esprits. Elle s'est si bien
nparée de la raison, qu'elle
veugle pour empêcher
l'on ne découvre l'erreur.
: quoy que la vérité que je
y oppose, soit toûjours la
esme dans tous mes livres,
qu'on m'ait accusé de re-
re cent fois la mêmechose.
ependant il est des Esprits
omme des goûts, ce qui
ait à l'un assaisonné d'une
aniére, ne plaist pas aux
itres. Il faut donner divers
saisonnemens à une mesme
hose, pour tâcher de satis-
ire tout le monde. Il faut
ire comme Esope dans le

régal qu'il fit aux amis de ſon Maitre, où il n'aprêta que des langues, mais qui ne laiſſoient pas de paſſer pour de différens mets & d'eſtre trouvées excellentes, à cauſe de la diverſité des ragoûts. J'eſpére de meſme que le tour différent que je donne à mes hypothéſes, contribuera à les mieus établir parmi les gens de bon ſens, & que meſme ils trouveront pluſieurs choſes conſidérables que je n'ay point touchées ailleurs. Je ne vous inſtruis pas, Mr, ſur ces matiéres, vous qui en eſtes il y a long tems perſuadé, mais je vous té-

émoigne par ce petit pre-
ent, le profond respect avec
equel Je vous honore, &
e suis,

Vostre tres-humble &
tres-obéissant ser-
viteur,

Loüis du Moulin.

Catalogus Epistolarum.

ADMONITIO.

ADmonebo Lectorem meum de duobus: De uno quidem, quod in limine Epistolæ ad Reverendum virum Petrum Mussardum, affirmo post Salmasium, Episcopatum fuisse pestem, & radicem omnium malorum, tum invexisse Papam in orbem Christianum; unde Judicium meum crimini dabitur in Ecclesiam Anglicanam, quæ Episcopatum retinuit, à

quo tamen nullus est ascensus ad Papam, nec ullus metus ab eo Episcopatu ad tyrannidem Papali consimilem. Sed æqui lectores me omni crimine exolvent, si mentem meam intelligunt, ut par est de Episcopatu jure Divino & Apostolico assumpto, qui quidem est progenies Potestatis illius mediæ, inter duas Potestates, alteram verbi, alteram Magistratûs, quæ nobis duos hosce fœtus genuinos peperit, scilicet Excommunicationem & Episcopatum: prolem geminam quæ tam perperam est juris Divini, quam iniquè Mater Potestas Ecclesiastica id

id juris sibi vendicat. Neque enim existimo Episcopatum, ut habetur in Anglia de jure humano, esse pestem & radicem omnium malorum: Imo contra puto si quem molitur ascensum, futurum ut non divertat ad Papam, aut in eo, sed in Rege gradum sistat quem Ecclesia Anglicana agnoscit suum Caput: Cæterum sententiam de Episcopatu de Jure Divino habito & retento, crimen esse læsæ Majestatis in Anglia, ut me docuit non ita pridem longè Illustrissimus Comes Schafsburiensis in sua Oratione ad Pares regni. Cum enim (inquit) Rex Serenissimus

mus, non ſolum deleget Epiſcopis Juriſdictionem in Preſbyteros, Eccleſias, Decanum & Capitulum; imo creet ſibi Vicarium generalem in Eccleſiaſticis de natione laica, ipſi Archiepiſcopo Cantuarienſi prælatum: quod factum legimus ab Henrico VIII. *ſed & ubi libet, hoſce ab omni ſervitio exhibendo Epiſcopis aut Archiepiſcopis liberet; peccaret Rex Clementiſſimus contra jus Divinum; ſi gratiam faceret cuiquam obſequii in Deum; nam ſic poſſet eximere uxorem è mariti imperio & liberos ab obligatione obſequii, quod Parentibus præſtare debent.*

bent. Porro quod affirmavi in Epistola ad Mussardum, non magis in me crimen est quam in magno Theologo Guillielmo Witakero Anglo, cujus sensa & verba, nisi essent tempore priora Salmasianis & meis, viderentur ab eo reposita; Etenim tractatu in Sanderum, ait Episcopatum de Jure Divino assumptum, fuisse remedium ad Schisma, pejus malo, & Papam cum sua Monarchia peperisse. Nec ego sanè video, si semel hoc remedium ad schismata, vel tollenda, vel præcavenda admittimus & amplectimur, cur & quomodo est sistendus gradus,

dus, donec ad ſummum Pontificem qui præſit toti Eccleſiæ deveniamus.


Alterum de quo ſubmonere lectorem meum debeo, illud eſt; quod cum Scripta Clariſſimi viri Petri Molinæi Canonici Cantuarienſis, tum mea, ſoleant ire in vulgus, ut unius authoris partus; atque inde quæ in uno, aut diſplicent, aut probantur, alteri imputentur; Ut nolim quicquam detrahi Illi, quem Parentis loco habeo, obſervo & colo, propter ejus ingentia in me merita, ita velim ab eo diſtingui, qui me longis ſpatiis ætatis, longioribus ingenii & eru-

ditionis

ditionis post se relinquit, ne in posterum vir reverendus, alieni peccati, (si tamen est peccatum) fiat piaculum; vapulando, ut flagrum Ecclesiæ & Divini humanique juris & ordinis eversor, qualem me multi volunt aut prædicant, propter pronunciatum, quod non est fratris, sed meum; verùm à quo plus est periculi Papæ, & toti Romanensi apparatui, quod malè urat Arnaldum Sorbonistam, & ejus judicio sit detestandum; quodque altè imbibi cum veritate Divina concordare, nempe Potestatem Ecclesiasticam & ejus sobolem Ex-

com-

communicationem, non solùm esse humana figmenta, ut pote à sacra scriptura & ratione abhorrentia, sed & fuisse, esse & futura tamdiu res perniciosissimas Orbi Christiano, quoad Deus liberaverit mentes Regum, Magistratuum & Theologorum istis deliramentis: De quibus ut de totius controversiæ complexu nihil scripsit Frater, sed rem in medio reliquit; haud dubium tamen in præsenti lite quæ mihi est cum magno & celeberrimo Theologo, non futurùs otiosus spectator, sed calculos positurus, ut id eligat in quo vicerit ratio.



Amicissimo Capiti, sed longè Clarissimo & Doctissimo viro D. Petro Mussardo, *Pastori Ordinario Ecclesiæ* Gallo-Londinensis. S.

PRævideram, vir Præstantissime, non defuturos qui tentarent te flectere ad sequius judicium de sententia mea circa potestatem Ecclesiasticam, hinc odiosè exagitata à pluribus, illinc altissima prædicatione laudata & comprobata à nonnullis. Cujus sententiæ meæ hæc sunt præcipua Capita. Usum ipsum, non abusum potestatis Ecclesiasticæ, intulisse Antichristum, hoc est Papam in terras, tum Episcopatum, hoc est, ut ait Salmasius, pestem & radicem omnium malorum,

cum in orbem Christianum, tum maximè in Reformatum, atque Protestantes inter se collisisse. Cæterum Potestatem Ecclesiasticam, tam esse deliramentum & figmentum humanum, quam potestas Medica, Chirurgica, fabrilis, &c. Istius autem potestatis chimericæ sobolem excommunicationem, esse merum terriculamentum avium, saltem esse censuram abhorrentem à praxi Ecclesia Judaicæ, nec nixam ulla authoritate sacræ scripturæ, multò minus nomine & authoritate Domini nostri Jesu Christi, aut cujusquam, nisi forsan Calvini, jaculatam & vibratam in caput peccatorum perditorum, quos longa serie recenset, eóque minus, si excommunicatio & traditio satanæ sunt una & eadem res. In quas nostras δόξας, si non pronior, saltem minus iniquus mihi visus es. Sed cum hacce jucunda opinione me sustentem, futurum ut aliquando noster sis, consilium est hâc Epistolâ tibi eximere omnem scrupulum in quo hærere potes.

Dicis, cum Ecclesia non sit (sicut reliquæ societates hominum) arbitraria, quæ haberi & omitti possit, sed impe-

imperata jure Divino, tum neceſſaria, ſine qua ſalus obtineri nequit, par eſſe ut poteſtatem adhibeat ad ſui ordinationem & conſervationem, quæ non incommodè dici poſſit Eccleſiaſtica & Spiritualis, quia independens eſt à jurisdictione civili.

Reſpondeo, id verum eſſe de Eccleſia, ad quam, nec ordo, nec regimen adhibentur, niſi ut frequentes conveniant homines ad audiendum verbum, & participanda ſacramenta. In ejuſmodi Eccleſia, Reges & Principes juxta, tam tenentur audientes eſſe, & ſe morigeros præſtare verbo Paſtoris, aut potius Dei, quam quivis de plebe: atque eatenus, objectio mihi non officit, qui omnem Eccleſiaſticam poteſtatem elimino, non ab ejuſmodi Eccleſia, ſed à Conſiſtorio, Synodis, & ejuſmodi cœtibus, qui tam ſunt politici quam conventus juridici.

Quocirca hæc objectio non valuit ante adventum J. Chriſti, nec in Eccleſia ſub Veteri Teſtamento, in qua, Eccleſia, à Republica non fuit diſtincta, in qua omnes ſynagogæ, ſocietates, conſeſſus virorum, & ſynedria erant

perinde Ecclesiæ, & de omni causa tractabant, cujus norma credendorum & agendorum esset Decalogus,& cujus custodes, seu Rex,seu Principes populi; in quibus erant Sacerdotes, ad finem subordinatum & ultimum juxta collimabant, nempe pacem in terris, & in conscientia,tum salutem animarum, & gloriam Dei. Qui quidem Decalogus cum complexus esset omnis juris, omnium officiorum, & qui rectè & appositè in duas tabulas fuit partitus, inficetè & absurdè quædam ejus officia & mandata dicta fuissent civilia, alia Ecclesiastica, ut nonnullorum cognitio esset fori Ecclesiastici, aliorum fòri civilis. Quæ quidem divisio Decalogi, potuit esse de fabrica Romanensi,sed non debuit arripi à Protestantibus.

Sed par vis argumenti ad astruendam potestatem œconomicam, tam separatam jure Divino à potestate Ecclesiæ, quam Ecclesia separata est à Republica, cùm tamen potestas Patrisfamilias, quæ nec habetur nec derivatur à potestate seculari & summa, illi sit subordinata, quia Respublica & familia,

lia, unum conficiunt corpus.

Nec valet illa objectio in imperio (ut fuit Romanum) & in regno, uti Galliæ & Angliæ, in quo primùm deliberaretur de disciplina Ecclesiastica statuenda, de reditibus Ecclesiasticis, de Decimis, de Pastorum gradibus & officiis, de fide sancta & Apostolica stabilienda publicè, de præmiis & pœnis decerneretur, per quas hæretici & ἄτακτοι, in ordinem cogerentur, de danda licentia cæteris hominum ordinibus qui in modo disciplinæ seorsim ab aliis abeunt, & separatim amant suum habere cultum & modum regiminis. Hic te rogatum velim, statuas quid hic valeat vestra potestas Ecclesiastica, quis ejus usus, & quænam possunt esse Pastorum partes, præterquam conferre vota, preces, consilia, & declarare suam animi sententiam super optima ratione constituendi fidem & disciplinam? & quid concordet cum jure divino, quid ab eo discordet? Jam si non aliter possit se exerere potestas Ecclesiastica, in hocce sectando bono publico necessario, unde pendet pax in terris, fides illibata commendata pluribus, con-

cordia inter omnes ordines hominum qui parent imperio Regis, velim ſcire cur eadem poteſtas Eccleſiaſtica, potiori jure ſe exeret in ordinandis rebus privatæ Eccleſiæ paucorum duntaxat hominum, quam Eccleſiæ aut Provincialis, aut Nationalis? Annon Decalogus, ſymbolum Apoſtolorum, perinde ſunt regula credendorum & agendorum & imperandorum in Eccleſia Nationali, in ſynodo œcumenica, quam in Eccleſia particulari, aut in ſynedrio conſtanti xii. aut xiv. capitibus?

Concidit ergo, & in irritum cadit objectio, ubi ſunt ferendæ leges, decernendæ pœnæ, cenſuræ infligendæ, turbones, hæretici, factioſi reprimendi, & in ordinem cogendi, ſive in Eccleſia Nationali, ſive in privata, ubi & utrobique tantopere decantata poteſtas Eccleſiaſtica, eſt juxta utilis & inutilis.

Quod ad aſtruendam poteſtatem Eccleſiaſticam, & jus arcendi à ſacris impium, allegantur verba J. Chriſti, ut *margaritæ & ſancta non abjiciantur ad pedes porcorum.* Nihil puto poſſe dici futilius, nam quid hoc ad tribuendam

pastoribus seorsim potestatem Ecclesiasticam distinctam à civili virtute clavium, & potestatis ligandi & solvendi, cùm hoc mandatum Christi, omnes promiscuè attineat? Nam hocce idem imperatum fuit & obtinuit mandatum sub œconomia legali, sub qua nulla erat distinctio Ecclesiæ à Republica, nec potestatis Ecclesiasticæ à Civili, nec verba Christi potius dicta sunt Pastoribus quam cuivis de plebe, ut jam si authoritatem tribuunt pastoribus arcendi à sacris impium, æquo jure concedant privato cuique eundem Anathemate feriendi. Sed nec Sacerdoti nec Levitæ debebatur jurisdictio virtute sacerdotii, & sacræ functionis, sed quatenus uno eodemque jure potiebatur cum Principibus & Judicibus populi. Quod reverendus vir D. Primirosius conatur in commodum sensum trahere diram illam denunciationem in synaxi ante cænam. *In nomine & authoritate J. Christi excommunico Idololatras, hæreticos, &c.* eamque clausulam mollire mitiori interpretatione, quasi per eam Pastor Evangelicus solum declararet Idololatras, hæreticos,

cos, hominesque quoscumque ad vitia projectæ vitæ, indignos esse qui participes fiant sacrorum symbolorum, non puto quemquam Pastorem salvâ conscientià, si credit excommunicationem esse figmentum humanum, & perperam fundari in potestate clavium & ligandi & solvendi, quod credidit Calvinus, non puto, inquam, salvâ conscientiâ quemquam totidem verba Calvini repetere posse, illumque sensum hisce ascribere qui planè alius est ab illo quem Calvinus indidit & intellexit. Namque ea fuit mens Calvini, innodare Anathemate illos quos recenset impios, virtute clavium & potestatis ligandi & solvendi, ut ligare sit excommunicare, solvere autem, absolvere. Tum sensuit Calvinus illam excommunicationem, non solum in terris, sed & in cælis vim suam habere, tum per eam impium tradi satanæ, unde non possit expediri & liberari præterquam ab illo pastore, aut cœtu qui fulmen illud excommunicationis intorsit in caput ejus. Sane notum est pueris in leges jurari conceptis verbis secundum sensum legislatoris quem aut

dedit

dedit, aut dare voluit. Quid? quod etiamnum apud te hærere debet, an dominus Jeſus contulerit poteſtatem Paſtoribus arcendi à ſacris, etiam impios, ſi quidem nulla inde labes accreſcat bonis viris aſſidentibus, ut teſtatur Beza, nec miniſtri partes ſint judicare de dignitate aut indignitate communicantis, quandoquidem expreſsè & disertè Sanctus Paulus jubeat unumquemque ſeipſum judicare, & de ſe pronunciare, excutiendo ſuam propriam conſcientiam: ſed nec mandatum non communicandi cum impiis, magis infert poteſtatem Paſtoris in impium, eumque anathemate feriendi, hoc eſt tradendi ſatanæ, quam actio medici denegantis facere medicinam aut deſperato, aut non egenti ope medici, arguit imperium medici in ægrum; Adde quod perperam in ſynaxi Calvini, excommunicantur Papiſtæ, ſeu Idololatræ, nec ſatis piè, viri boni & ſancti, ut ſunt Independentes, à communione Proteſtantium arcentur, quod ſeorſim ſuos conventus habeant.

Quod ſpectat utilitates & commoda quæ redundare debent in orbem Chri-

ſtianum, ex ruina poteſtatis Eccleſiaſticæ non ſolùm in animosChriſtianorum, imprimis Nationis Sacræ & Magiſtratuum, ſed & in totam οἰκυμένην affirmare audeo pertinaci & obſtinata, ſed ſanctâ affirmatione, non majores utilitates àChriſto nato,ex re quaquam malâ repudiatâ, aut re bonâ arrepta, dari, præter cognitionem Chriſti redemtoris,quàm quæ exurgit ex ruina poteſtatis Eccleſiaſticæ.

1. Nam primò, ablata poteſtate Eccleſiaſtica, nulla ſupererit Papæ poteſtas, præterquam Imperii terreni ædificati in Reges & Nationes, & in Imperio alieno: Non ferent ſemel exoluti hacce impoſtura, aut æmulum aut conſortem imperii, ſed ſtatim jubebunt procul res ſuas ſibi habere: quo exule, concidet, tum Papa, tum totum ſyſtema Romanenſe Eccleſiæ, Religionis, & Hierarchiæ, & unâ Romanenſis infallibilitas fabula erit canora illorum auribus, cujus poteſtatem non reformidant.

2. Secundò ablata poteſtate Eccleſiaſtica, liquidò conſtabit quæ ſit vera poteſtas clavium, & quæ ſit poteſtas ligan-

ligandi & ſolvendi per quam in regno J. Chriſti mediatorio homines transferuntur à regno ſatanæ ad regnum Dei, à tenebris ad lucem, ſolvuntur homines vinculis peccati, ut donentur libertate filiorum Dei. Eadem ablatâ ſtatuetur modus poteſtatis qui debetur miniſtris Evangelicis, & difflabitur in auras fulmen Excommunicationis, aut non amplius lædet quam bulla ex aqua ſaponis.

3. Et, cum varii ſenſus ſint Proteſtantium, & ſcindantur in partes circa naturam & modum regiminis quem unaquæque Eccleſia ſibi adoptat jure Divino & ex inſtitutione J. Chriſti & Apoſtolorum, concident omnes illæ lites ad caſum poteſtatis Eccleſiaſticæ, tanquam examina apum,ad exigui pulveris jactum, Nam ubique arreptâ illâ ſententiâ,J. Chriſtum certam regiminis formam non conſtituiſſe, ſed permiſiſſe vindicibus ordinis humani ſtatuere de diſciplina Eccleſiaſtica, quæ congruat rationi temporum & hominum, tum ſub diverſo regimine poſſe conſtare fidem illibatam, & charitatem non laceſſitam, ſed immotam, nulla aut minor

nor erit controversia, circa externa, illa, nec Episcopatus, nec Presbyteratus hinc & inde trahetur ad jus Divinum, ut solemne est.

4. Et revera Palmaria erit illa utilitas, valere jussa potestate Ecclesiastica, quod post ejus ruinam, nulla amplius erit Lis de Episcopatu, deque illa προστασίᾳ Episcopi in Presbyteros, an sit juris humani, an verò Divini; Nam si humani, tum illa prælatio non erit à Christo, sed à Magistratu; ipse Episcopus quâ Episcopus, non reputabitur minister Christi sed Regis, per cujus delegationem Episcopus habet imperium in Presbyteros. At si Divini, illa prælatio erit tantum in volentes: nec in regno Christi mediatorio, Episcopus plus habebit potestatis in Presbyterum, quam Presbyter in Episcopum.

5. Jam Episcopatu diruto per ruinam potestatis Ecclesiasticæ, eadem ruinâ sternetur Episcopatus Papæ, Nam si Episcopo particularis Ecclesiæ denegatur prælatio in Presbyteros & populum istius Ecclesiæ jure Divino, multò magis denegabitur Episcopo illi,

seu

ſeu Papæ qui ſe venditat Epiſcopum univerſalis Eccleſiæ.

Par utilitas ex ruina poteſtatis Eccleſiaſticæ accedet, controverſiis enodandis, circa electionem, & ordinationem paſtorum, nec electio pertinebit ad Epiſcopum, nec ad ſynodum, ſed ad unamquamque Eccleſiam particularem, nec ordinatio erit actus aut collatio poteſtatis quam revera non habet ordinans, ſed teſtificatio vocationis Divinæ, & oratio ad Deum, ut benedicat electioni Paſtoris factæ ab Eccleſia, in qua electione non opus eſt poteſtate Eccleſiaſtica, ſed eâ quæ eſt de jure naturali divino communi omni Societati.

7. Pariter poſt amotam poteſtatem Eccleſiaſticam, depoſitio non erit poteſtatis illius productio, ſed mera declaratio & teſtificatio, quod Eccleſia nolit ulterius uti miniſterio hujus aut illius, Nam injuſta eſt illa occupatio, tyrannidi propior & conſimilis fulmini excommunicationis, per quam ut excommunicationis vis ſe in totum orbem diffundit, ita vis depoſitionis & exauthorationis per quam depulſus à

privata Ecclesia, extorris est Ecclesiæ Catholicæ.

8. Nec finis utilitatum, nam per ruinam potestatis Ecclesiasticæ, statuetur certus modus potestatis qui debetur potestatibus secularibus circa sacra. Ecclesia, quatenus est cœtus Christianorum & fidelium, non habebit caput præter J. Christum, nec alium tenentem locum Christi in terris præter ministrum Evangelicum: at quatenus Ecclesia est corpus politicum, non aliud agnoscet caput præter summum Magistratum, aut ubi res Ecclesiæ susque deque habet, non aliud præter vindices confœderatæ disciplinæ.

9. Nec minori negotio disputatio de Judice controversiarum enodabitur, non comparente potestate Ecclesiastica, ad cujus clavum volunt sedere Papam, & ad eum referri de omnibus controversiis: nam intra regnum Christi mediatorium, solus erit judex Christus loquens in sacro Codice: at in eodem regno Pastores Ecclesiarum, & doctores erunt judices, judicio functionis & peritiæ, cui sic unusquisque de plebe Christiana debet reverentiam obsequii,

ut

ut non mancipet ſuum judicium cæca mente, ut dictatoris edictis, ſed ipſe proprii judicii examine, accedente lumine, tum ſuo, tum ex Divina revelatione, Divinam veritatem ab humana dignoſcat, dein arripiat & ſequatur quod ſibi videtur bonum & æquum. At in regno Christi naturali; poteſtate illa Eccleſiaſtica, civilis conſorte aut Domina, ſemel è medio ſublata, ſolus erit magiſtratus ſummus judex, cujus imperio, voluntatis arbitrio, & acutiori gladio, conſtat vis & ratio legum, cùm bonarum, tum malarum: & itidem conſtabit Papæ in hoc regno naturali intra ſui imperii pomeria, tam Christi Vicario, quam Sultano intra ſui imperii fines.

10. Ipſaque authoritas Eccleſiæ Romanæ, & Papæ tantopere decantata ab Arnaldo Sorboniſta, patietur lumbifragium per ruinam poteſtatis Eccleſiaſticæ: nam tum demum erit authoritas externa, politica, civilis, robore, pompâ, purpurâ potens & fulgens, ſibi habens obnoxios Dominos, in quo, *quod dives eſt, & magnificum,* ut loquitur Tacitus, *habetur pro bono,*

justo & sancto. Nam eadem loquitur Papa Symmachus dist. 40. *Quis sanctum dubitet quem apex tantæ majestatis attollit?*

11. Nec leve commodum ex ruina potestatis Ecclesiasticæ, & Catholicæ & nullis certis limitibus conclusæ, quod non ulterius de natura Schismatis & Unionis Ecclesiarum, alternis judiciis hærebunt doctores & sapientes mundi, nam cùm Romanenses & Protestantes juxta, nobis statuant potestatem Ecclesiasticam se diffundentem in totum terrarum orbem, ut qui pulsus ab Ecclesia privata vivat extorris ex Ecclesia Catholica: cum id, inquam, statuant, in posterum per ruinam potestatis Ecclesiasticæ, constabit dari jure divino duo genera Ecclesiarum in terris, unum quod est tot hominum quot in mundo dant nomen J. Christo. Secundum tot hominum quot in unum locum conveniunt ad audiendum verbum, & participanda Sacramenta. Cæteras acceptiones & genera Ecclesiarum, ut sunt Romanensis, Nationalis, Provincialis, nomine tenus esse Ecclesias. Unde constabit Schisma non esse

esse se abscindere ab ejusmodi Ecclesiis, quæ non sunt divinæ institutionis. Quid? quod potestate illa chimerica non amplius comparente, nec colligante Ecclesias mundi, aut Nationis, aut Provinciæ, non erit schisma, cùm Ecclesia privata, mutuo consensu membrorum, in duas abit Ecclesias. Sed nec esset schisma se abscindere ab Ecclesia Catholica, sed Apostasia: neque etiam ubi conformitas lege patria imperatur, schisma est privatos cœtus agitare, sed rebellio.

12. Nec de postremis erit illa utilitas, quam nunc in ultimum locum rejicio, nempe quod per ruinam potestatis Ecclesiasticæ, sacra Scriptura liberabitur monstris interpretationum quibus illuditur sacris Codicibus, dum illos imponunt equuleo, ut inde extorqueant suam potestatem Ecclesiasticam, & Excommunicationem, ut sunt ejusmodi loca. *Dic Ecclesiæ, Dabo tibi claves. Sit tibi velut Ethnicus, Quodcumque ligaveritis. Tollite improbum è medio vestri. Utinam exscinderentur qui vos turbant. Hæreticum post unam aut alteram admonitionem rejice. Si quis*

non obedit nostro Sermoni, notate eum per Epistolam. Margaritas vestras ne abjicite ad pedes porcorum. Unde tanquam oleum ex pumice exprimitur potestas Ecclesiastica, pari futilitate quâ Pontificii in duobus gladiis à Petro indicatis Christo, duas jurisdictiones invenerunt, alteram Ecclesiasticam, alteram Civilem. Pari strophâ & sagacitate qua iidem Pontificii, sicubi in Scriptura fit mentio fossæ, lacunæ, carceris, ignis, lebetis, ibi Purgatorium expiscantur.

Porrò inde futilitas & vanitas excommunicationis probantur, quod cùm Protestantes omnia sua dogmata in quibus abeunt à Pontificiis, firmis & inconcussis non solum argumentis & rationibus, sed & Scripturæ sacræ locis stabiliant, attamen in materia de Excommunicatione & potestate Ecclesiastica, quam unà cum Pontificiis arripiunt, desipiant perinde ac hi, plusquam infantes, dum iisdem ad hanc & illam astruendam, hoc est perinde vanis & absurdis rationibus & sacræ Scripturæ locis tortis, utuntur. Quin affirmare ausim argumenta & loca è Scrip-

Scriptura petita à Romanensibus ad tuendam suam excommunicationem, absurditate longè esse infra illa quæ adducuntur à Protestantium Doctoribus ad fulciendum suam excommunicationem, nam rationi magis congruit, ut tam Rex quam Subditus, seu Minister seu alius, subjectus sit excommunicationi & depositioni à regno aut ab officio secundum Pontificios, quam solummodo excommunicationi, ut volunt Protestantes, si quidem verba J. Christi. *Quicquid ligaveritis, &c.* nec causam nec personam eximant.

Cumulum addidit persuasioni meæ de futilitate, cùm potestatis Ecclesiasticæ, tum excommunicationis, hæc reputatio, quod cum essem in Hollandia, observaverim modum & temperamentum potestati illi assignatum fuisse, pro modo stationis quam aut in Ecclesia, aut in Repub. viri sustinebant, hoc est pro sua cuique utilitate, quasi canones Theologici debuissent accommodari ad rationes humanas: namque Walleus, Rivius, Apollonius, Triglandus, & Symmystæ, qui erant pars consistorii, aut synedrii, acerrimi erant defen-

defensores potestatis Ecclesiasticæ & ἀνυπευθύνως retinendæ, nec obnoxiæ reddendis rationibus magistratui. At vicissim Vedelius, Maresius, Maccovius, Polyander, & Rivetus; de potestate Ecclesiastica sentiebant & scribebant, ut de Potestate subdita Magistratui, ut est Paterna, Maritalis, Herilis, quod plus in Aula & Academia versarentur quam in Synedrio.

Cæterum leve esset si duntaxat vana & futilis esset potestas Ecclesiastica, nisi perniciepenè adæquaret, peccatum Adami, imo nisi exitialior esset ipso Papâ, veluti, per quod unumquodque est tale, illud magis est tale. Estque Potestas Ecclesiastica quæ intulit Papam, gravius malum ipso Papâ. Namque cum possit Papa tolli è medio, sine ruina potestatis Ecclesiasticæ; nequidem cogitari potest, ut ruina potestatis Ecclesiasticæ, non inferat ruinam Papæ. Hæc arbor radicitùs evulsa, nunquam pullulabit aut edet nobis Papam. At intactâ radice, non diu erit priusquam inde Papa erumpat.

Vix audeo attingere longè perniciosissima mala quæ in orbem intulit sen-

tentia

tentia de Poteſtate Eccleſiaſtica retinenda in Eccleſia ſeorſim à Poteſtate Magiſtratûs; quod cauſa fuerit non ſolùm Arminianiſmi, Socinianiſmi, imo Atheiſmi; qui in orbem noſtrum hocce ſeculo & ſuperiori exundarunt, atque potiſſimum corruperunt viros Principes de Laica natione, & de Magiſtratura; ſed & colliſionis bonorum virorum inter ſe Lutheranorum, Calvinianorum, Presbyterianorum, Congregationalium.

Namque inde anſa eſt arrepta à Socinianis, & Arminianis ſana ſentientibus circa poteſtatem Magiſtratûs in ſacris, obfirmari in dogmatibus ſuæ fidei, & reputare, Calvinianos & cæteros vindices poteſtatis Eccleſiaſticæ tam graviter errare in ſua fide quam ceſpitant in retinenda hacce ſua poteſtate Eccleſiaſtica & in exuendo Magiſtratu ſummo imperio ordinandi res Eccleſiæ.

At gregi illuminatorum & viris Principibus, imo de Magiſtratura, & illorum qui occulto Livore præ ſe contemnunt gentem ſacram & togatam, pronus eſt lapſus ad ſequius ſentien-

dum de Christiana religione, deque probationibus quibus sancti viri illam astruunt, quasi tam futilibus argumentis & rationibus illam fulcirent, quibus solent potestatem Ecclesiasticam sibi retinere.

Sanè Arminianismus nunquam caput extulisset in Provinciis Belgii fœderatis; si Arminius tam fœdè erravisset in sententia sua de summarum Potestatum imperio circa sacra, quam in illis quinque capitibus quæ ibi fuerunt tot collisionum causa: nam tantò se ferociorem & obstinatiorem in recto, ut loquebatur, venditabat in materia de Prædestinatione & gratia, & argumentis potiorem illis quæ à Junio & Collegis afferebantur, quantò rationibus & Scripturâ hosce superabat in controversia de Potestate Magistratûs circa sacra.

Quocirca videas in Hollandia, Zelandia, & aliis Belgii Provinciis cùm Arminianismo enatam, auctam & longius provectam controversiam de potestate Ecclesiastica, tanto æstu animorum & tanto numero Scriptitantium, ut plura plaustra onerari possent Librorum

brorum & Libellorum, hinc à Maresio, illinc à Voetio & eorum æqualibus & Symmystis editorum; viris ex utraque parte in errore, unis potestatem Ecclesiasticam ad cælos tollentibus, alteris potestati chimericæ modum statuentibus: nemine extante qui, quod ego facio, istius potestatis usum damnaret & è medio in totum tolleret; quæ sanè via fuisset expeditissima componendi controversiam.

Est quoque illud gravissimum malum, quod, cum Potestas illa Ecclesiastica suâ natura introduxerit, ut dixi, Papam; saltem tribunal Ecclesiasticum nationale: longè consultius & rationi magis consentaneum videatur, vulgo Christianorum, se subjicere, & mancipare suum intellectum, tribunali infallibili: quale Romanenses volunt suum esse; quam tribunali errori obnoxio, quale est quod Protestantes erigunt inter se.

Jam tui judicii facio, mi Domine, an tot commoda quibus obviam itur Atheismo, Socinianismo, & Arminianismo, & Medicina adhibetur factionibus inter Christianos concurrere

possint

poſſint per ruinam ſingularis alicujus dogmatis Romanenſis; uti Purgatorii Sacrificii Miſſatici, Tranſubſtantiationis, quot ex ruina poteſtatis Eccleſiaſticæ emergunt. Ut reticeam per ejus excidium, conſultius, prudentius & ſapientius caveri paci, & integritati Eccleſiarum reformatarum, & tum demum in ſolido ſtabiliri & ſtatuminari illarum diſciplinam.

Sed ecce, dum finem huic Epiſtolæ imponere conſilium eſt, datur novà occaſio (licet materia ſit eadem) producendi ſermonem, qui mihi ſufficitur ab Epiſtola Clariſſimi Claudii, quæ nunc in manus traditur, & in qua (pace tanti viri dixerim) mihi affingit quæ nunquam ſenſi nec ſcripſi, ut meritò commotior debeat eſſe, in ſua ſenſa, non mea. Nam me odiosè exagitat, quaſi poteſtatem verbi, & illam quæ eſt clavium atque ligandi & ſolvendi abjudicarem à verbi Dei miniſtris, magiſtratui verò adjudicarem: tum partes regendi Eccleſiam particularem, & de diſciplina ſtatuendi, in eundem conferrem, à miniſtris depellerem: Cum è contrario plus hac in re tri-

tribuam Dei verbi ministris quam de more in usu habetur, & credam solos Pastores, esse Ecclesiæ Christi in regno mediatorio rectores, nec quenquam de Laicis velim allectum in societatem sacræ aut functionis aut authoritatis, imo nec appositum ad clavum regiminis Ecclesiastici, Nam tam de jure Divino, Pastor Evangelicus, sub Christo, est solus in regno Christi mediatorio rector & Episcopus, quam ad solum Patrem familias pertinet regere familiam, & continere in officio uxorem, liberos & servos, quamvis ratione non planè eadem, ut nunc subjiciam, sic enim statuo.

1. J. Christum habere duo regna, unum mediatorium, in corda, in volentes, aut quos à volentibus præstiterit volentes per potestatem verbi & administrationem sacramentorum, cujus decreta, leges & canones, neminem cogunt nolentem, sed trahunt volentem & cujus subditi sunt *populus spontaneus*: Alterum naturale & externum, cujus decreta, canones, leges, non sunt validæ quia sunt bonæ, veræ, & sanctæ, sed quia latæ sunt à

potestate armata, cujus modus imperii, justitiæ, aut obsequii, est in sola voluntate jubentis, & imperantis.

2. In hocce regno Naturæ, Ecclesiam visibilem seu nationalem, seu particularem, non diferrè à Republica, eique præesse Pastores, non quatenus sunt verbi Dei ministri, sed viri præditi consilio, & prudentia, & peritiores cæteris in jure Divino, atque ordinare & componere negotia, & res suas, ad rationem & modum quo præfecti Collegiorum, Academiarum, Civilium Societatum regunt suos cœtus, & quo Sacerdotes & Principes & Judices populi, uno consilio, & uno consessu suam synagogam regebant, absque ulla discrepantia aut causarum aut hominum, ut alii ad classem Ecclesiasticam, alii ad civilem pertinerent.

3. Et quemadmodum non alii in Collegio Medicorum, Mercatorum fabrorum, præter selectos Medicos, Mercatores, & fabros, præficiuntur, sic de jure naturali Divino, ut in regno Christi naturali, magis rationi, & juri Divino consentaneum esse, ut verbi Dei minister, sit rector Ecclesiæ particularis,

ticularis, quam quivis de plebe Laica.

Verùm, itidem in hoc regno Naturali, quemadmodum potestas Archiatrorum, Architectorûm, & Archifabrorum, qui seorsim suæ societati præsunt, subsunt potestati seculari, sic potestas Pastorum, licet statueretur juris Divini, subordinata est potestati civili; Dixi, licet statueretur juris Divini, nam etiam potestas paterna & Maritalis, licet juris Divini, nec derivata à Magistratu, ei nihilominus subdita est.

5. Cæterum, licet solis verbi Dei ministris, in regno Christi mediatorio, incumbat sub Christo Præfectura, & cura animarum & corporum in ordine ad promovendum regnum Christi, & salutem animarum, nec debeant quemquam sibi adjungere in societatem operis sacri, attamen poterunt in regno Christi naturali sibi assumere consortes regiminis de primoribus nationis laicæ, ita tamen ut Pastores temperent quantum fieri poterit, regimen naturale, ad modum regiminis mediatorii, in quo nemo in cœtum recipitur aut ab eo pellitur invitus, ut nec ordinatur.

6. Poteſtatem illam duplicem paſtorum, alteram in regno Chriſti mediatorio, alteram in naturali, & ejus actus, ſe exerere in omni ſynedrio, conſiſtorio, ſynodo, ſeu nationali, ſeu provinciali: Nam exempli gratia Paſtor Evangelicus, allectus in ſynodum, authoritate functionis ſacræ, & pro peritia in jure Divino, ſententiam profert quam putat veram juſtam & ſanctam, & congruentem cum jure Divino, & quam ponamus reipſa talem eſſe qualem ipſe mente concepit, & ore protulit, licet experiatur adverſa plurium judicia & ſuffragia. At in regno Chriſti naturali, miniſter Evangelicus non decernit in ſynodo, nec legem condit aut ſancit, quæ norma ſit credendorum & agendorum, nec concedit in ſententiam aut excommunicationis aut depoſitionis cujuſquam, ut miniſter Evangelicus, ſed quatenus ſtat à partibus illorum qui vincunt cæteros numero ſuffragiorum, aut vincuntur.

Sic in Synedrio tredecim virorum, omnes ex æquo de jure Divino, de æquo & bono reſpondent, & ſenten-

tiam

tiam dicunt ut in regno Christi mediatorio, & quâ ministri Evangelici: At quod septem de illis xiii. concedunt in sententiam quæ Titum, aut Mævium excommunicant, & quod 7. potior sit numerus quam 6. is actus non pertinet ad actus Pastorum, in regno Christi mediatorio, sed in regno Christi naturali. Quod numerus major vincit minorem, & dat vim & robur legi aut Canoni, id non fit per potestatem Ecclesiasticam aut Spiritualem, sed communem omni societati. Nam par ratio Collegii Medicorum constantis puta Lx. Capitibus, ut est Londinense, nemo non negaverit singulos respondere de re Medica ut Medicos, sed nemo dixerit xxxv. de illo choro, ut potiores numero fixisse legem Candidatis Medicinæ, per potestatem Medicam. Hæc sunt cognitionis adeo obviæ & expositæ, ut non queam satis mirari, quî possit tantus vir, ut Claudius, iisdem præjudiciis abripi & excæcari quibus Romanenses tuentur sua deliria. Tum quî possit fieri, ut in tam candidum pectus, cadat consilium affingendi mihi dogmata à

quibus absum quam maximè.

Verùm ad Epimetrum subjiciam tibi, Viro clarissimo, authoritatem trium Episcoporum Anglorum, eadem mecum sentientium, in spem futurum ut summus vir Claudius, æquius in posterum de me sentiat, errante non sine exemplo & authoritate magnorum authorum.

Primus est Author tractatûs cui titulus est, Episcopalis hæreditas, p. 22. *Dogma est Pontificium, Regimen Ecclesiasticum est distinctum à politico, quod Bellarminus tuetur tanquam rem concessam & admissam ab utraque parte, eo solùm consilio, ut Papalem Hierarchiam supra Reges & principes efferat, & clerum eximat à seculari potestate. Calvinus idem affirmat, institut. libr. 4. cap. 11. 8. 1. &c. Sed pace eorum dixerim crassum hunc errorem esse existimo. Licet id dogmatis sit vulgare Idolum quod quisque animo sibi figuravit; non aliam ob rationem, quàm quia in regno nostro, & forsan in plerisque aliis regnis, divisæ sunt curiæ juridicæ civiles ab Ecclesiasticis, quem credo quidem non fuisse antiquum morem.*

Mox

Mox exemplo Ecclesiæ Judaicæ, & authoritate Bertrami, & Sigonii, docet, jurisdictionem Ecclesiæ non differre quicquam à jurisdictione civili, & implet plures paginas ut probet duas jurisdictiones collaterales esse insociabiles.

Episcopus Bilsonus, tract. de Subjectione Christiana pag. 358. *Episcopi & Pastores habent quoque seorsim regimen distinctum à potestate temporali, & statu. Sed id regiminis administratur per persuasionem & consilium, non autem per terrorem & compulsionem, nec cujusquam corpus aut bona attingit*, & pag. 525. *Habent quoque Pastores suam correptionem privatorum, imo Principum, sed illa correptio, non excedit illam quæ fit per prædicationem verbi, & administrationem Sacramentorum:*

Mox allegat Hilarium, & Chrysostomum, affirmantes Pastoris potestatem in illos se exerere qui ultro se submittunt jugo Christi. Episcopus Lancelotus Andræas concinit Bilsono, *Tortura torti. Pag.* 383: Ubi ait Christianum subjectum esse Pastori suo ad modum quo æger paret impe-

riis

riis Medici, aut Rex suo Equisoni.

Possem insuper allegare Bullingerum, Musculum, Martyrem, Gualterum, Seldenum, Lightfoot, Stillingfleet, pluresque alios de utroque ordine, pariter explodentes potestatem Ecclesiasticam. Sanè velim dignum esse qui accenserer doctis & piis illis viris, de quibus loquitur Calvinus, Epistola ad Tigurinos, anno 1553. *De Excommunicatione, non omnes hodie idem sentiunt, nec me latet pios & doctos esse homines quibus sub Christianis Principibus non videtur esse necessaria excommunicatio.* Sed væ mihi, quod fuit dogma virorum piorum, ut fuerunt Bullingerus, Musculus, Martyr, *&c.* teste Calvino, dogma est impium & abnorme in ore meo, si creditur reverendo Claudio. Sic fides est verbis Plinii junioris Epist. 24. lib. 6. *Quàm multum interest quid à quoque fiat, eadem enim facta claritate aut obscuritate facientium, aut tolluntur altissimè, aut humillimè deprimuntur.*

Sanè reverendus Claudius insigne est mihi exemplum, quantum dogmata à consuetudine, educatione, longo

usu

usu obfirmata, inter æquales & gentiles, nec tamen in ulla ratione aut Scriptura, imo ne in authoritate humana fundata, possint ad excæcandum judicium virorum altioris intellectûs, judicii subacti, eruditionis reconditæ, ut est Claudius, ut nequeant cernere verum, etiam in materia obviæ & expositæ cognitionis, ut est detectio chimericæ istius potestatis Ecclesiasticæ seorsim assumptæ à ministris Evangelicis, & mediæ inter potestatem verbi, & potestatem Magistratûs, quæ quidem potestas media tam est magnum deliramentum, quam scientia media, hâc & illa juxta repudiatâ à tribus illis Episcopis modò memoratis. Mediam certè potestatem repudiavit synodus Parisiensis VI. cujus verba Cedro digna sunt. *Intra Ecclesiam potestates necessariæ non essent, nisi quod non prævalet sacerdos efficere per doctrinæ sermonem, hoc impleat potestas per disciplinæ terrorem.* Repudiant celebriores Romanenses, Petrus de Marca, Antonius de Dominis, Richerius Sorbonista, Pater Paulus, author historiæ Concilii Tridentini, imo & ipsi Papæ, Nicolaus I.

&

& Adrianus VI. jusque canonicum distinct. de pœnitentia, Canon. *Verbum.* Ubi duplex potestas statuitur, altera verbi, altera Magistratûs. Repudiatur & illa potestas media, à reverendo parente meo, necnon à Chamiero, Camerone, Tileno, Riveto, Amyraldo, quorum loca attuli Epist. 46. in choro illarum quæ præfixa sunt *Jugulo causæ.* Parens meus Epistolâ ad Subrandum Lubertum, ait jurisdictionem esse nomine tenus jurisdictionem, quæ non habet cogendi & puniendi potestatem, & cujus viri qui ad clavum sedent, non habent jurisdictionem, nec forum, nec apparitionem nec exsecutionem, ut loquitur Cujacius *titul. de audientiâ,* & quæ abnormis est à Jurisdictione Regis in subditos; judicis, in actorem & reum, patris in liberos, Mariti in uxorem, Domini in servos, eóque magis abnormis, quod cum aliæ jurisdictiones pluribus viis & modis puniant reos; istius chimericæ jurisdictioni vindices, non nisi una correptione, quæ est excommunicatio, puniant.

At cumulus absurditatum est pari vocabulo *Ecclesiasticæ* insignire illam

juris-

jurisdictionem quâ viri ipsi qui eam sustinent, dicuntur Ecclesiastici. Sanè si viris ab officio competit denominatio Architectorum, Fabrorum, Medicorum, non inde pari Congruentia infertur, in eos viros ubi jus dicunt in sua societate, cadere jurisdictionem Architectonicam, Fabrilem & Medicam.

Porro occasionem introducendi hancce mediam potestatem, tria potissimum dederunt. 1. Quod Ecclesia Christiana sub Ethnicis Imperatoribus, non potuerit suis rebus superesse nisi assumptâ disciplinâ, confœderata, quæ suppleret partes Magistratûs, cujus erat in Ecclesia Judaica, disciplinam constituere & imperare, & cujus est in Christiana, ut loquitur Bullingerus Epistola ad Dathenum, idem præstare. Jam versa Imperii facie sub Christianis principibus, plures Episcopi in fraudem Dominorum suorum, crediderunt potestatem illam de disciplina statuendi ad se pertinere, & voluerunt insigniri vocabulis *Ecclesiasticæ* & *Spiritualis*.

2. Radices altiores fixit in animis homi-

hominum, potestas illa media, inter potestatem verbi, & potestatem magistratûs tempore Constantini magni, ex occasione tribunalium Episcopalium seu Ecclesiasticorum, ab illo Imperatore constitutorum: quam potestatem demandatam diplomate imperatorio Episcopis, mox habere & retinere voluerunt jure Divino & proprio, & pro potestate sua ligandi & solvendi, & virtute clavium traditarum à Christo solis ministris Verbi & Pastoribus Ecclesiarum.

3. Altius adhuc roborata est illa opinio (nec mirum si usque adeo altas radices agit in mente Clarissimi Pastoris Parisiensis) de potestate media seu Ecclesiastica in reformatione à Papismo superiori sæculo facta, ut plurimum sub Pontificiis Dominis, quibus par & eadem necessitas incubuit Pastoribus, & Ecclesiis, atque incumbebat sub Ethnicis Imperatoribus, tribus primis centuriis res Ecclesiæ ordinare per disciplinam confœderatam, cujus usus vel praxis prono lapsu facilè concessit in eandem opinionem quæ Episcopos primævæ Ecclesiæ tenuit & habuit,

nempe

nempe hanc disciplinam non retineri aut jure arbitrario, aut tempori, loco, & Dominorum conditioni accommodatam, sed perpetuo & sibi debito, pro potestate illa media seu Ecclesiastica collata à J. Christo in Apostolos & ejus successores, viros de clero. Porro excommunicationem non esse legem Magistratûs quæ fertur aut versatur in foro civili, sed in Ecclesiastico, de qua cognoscere & pronunciare ad solos Pastores & tribunal seu judicium Ecclesiasticum pertineat. Nam hocce judicium seu tribunal sancivit & edixit Calvinus, & quasi de tripode pronunciavit imo imperavit ut ipse refert Epistolâ Scripta anno 1541. *Volui* (inquit) *ut æquum est spiritualem potestatem, à Civili distingui. Sic in usum rediit excommunicatio.* Ubi per spiritualem potestatem, non intelligit potestatem verbi, de quâ Rom. 1. 16. & 2 Cor. 10. 5. Col. 11. 13. quæ transfert à regno satanæ ad Deum, & in corda agit, sed potestatem illam mediam quæ est leges ferendi, ordinandi, deponendi, & excommunicandi.

4. Potest addi quarta causa, quam

obrem ministri Evangelici sibi imperium ædificaverunt seorsim, & quod medium esset inter imperium verbi, & imperium Magistratûs, atque hæc fuit. Quod cùm de jure naturæ Divino, imo & præcepto diserto, ministri æquales, si non potiores habeant partes cum Principibus populi in regimine reipublicæ, quæ ex Dei instituto unum est corpus cum Ecclesia, nec nisi per summam injuriam (ut factum est in reformatione superiori sæculo) depelli possunt à Magistratura, & exui sua libertate Civica, non mirùm si gens illa sacra, in ultionem & vindictam sibi separatim sumpserit imperium, cujus legibus & censuris ipsi Magistratus subjicerentur, ut sic alterius in alterum esset imperium.

Modus Epistolæ non fert, ut plura attexam, imprimis ut refellam illud commentum, quod excommunicatio non sit lex aut censura, à Magistratu lata & sancita, sed à viro Ecclesiastico, cujus cognitio, non versetur in foro civili, sed in Ecclesiastico: nam præterquam quod forum Ecclesiasticum (nisi intelligatur de foro conscientiæ) sit

ſit inane nomen ſine re, & Chimera in vacuo pendula, ſi excommunicatio tam eſſet de lege divina naturali, quam ſunt novem præcepta Decalogi, aut tam eſſet de jure poſitivo, quam eſt obſervatio diei Sabbathi, attamen nulla inde major accreſceret miniſtro Evangelico poteſtas arcendi à ſacris, adulterum, furem, & diem ſeptimum temerantem, quam eoſdem morte plectendi.

Jam cùm altum ſit ſilentium, non ſolùm in Decalogo, ſed & in reliquo ſacro codice, aut quod detur ejuſmodi ens, (niſi ſit ens rationis) in natura aut Scriptura, quæ excommunicatio indigitatur, aut quod ad ſolum virum Eccleſiaſticum, eo fulmine excommunicationis amburere impium, pertineat, non video quo tibicine clariſſimus Claudius aut ſuam excommunicationem, aut poteſtatem excommunicandi ſupportabit.

Sanè Doctor Stillingfleet, tractatu de excommunicatione pagina 30. dicit, *Vis & Virtus excommunicationis in foro humano, à civili poteſtate emanat, neque datur proprium effectum illius,*

quod non fluat à sanctione Magistratûs.

Atque hoc argumento Achillæo, quo potestas Ecclesiastica sternitur, & à fundamentis evertitur, memini me aliquando os occlusisse accerrimi vindicis potestatis Eccelsiasticæ, & ad silentium æternum redigisse.

Sed, quod horrendum putat reverendus Claudius, per meas hypotheses, promiscuè pios cum impiis misceri, nec censet horrendum illud pejus morte & angue malum, aliter evitari posse, quam per ferulam excommunicatoriam, per quam hi ab illis arceantur; conficiam statim meas hypotheses nihil ejusmodi horrendi præ se ferre, nec per illam ferulam excommunicatoriam medelam afferri malo, quod animo sibi figuravit Clarissimus vir. Nam quid opus est virgâ & Censurâ Divinâ fundatâ in potestate ligandi & solvendi, & quæ se per illam potestatem exerat; quandoquidem de jure Divino naturali, & communi omni societati & familiæ, penes sit Ecclesiam particularem, vel à suo cœtu vel à sua communione quemlibet removere? Nam id esset lenti unguentum affundere, fluctus

fluctus excitare in simpulo, ac miracula & Divinam potestatem in auxilium accersere, ad movendum paleam suo loco. Imo quid opus est Acheronta movere, & Diabolum ex inferis evocare ad perficiendum tantum molimen? Ne dicam incœptum impium esse, Diabolo tradere quem duntaxat velis foras exire.

Sed, non visum est commodum Pastoribus pro sua cuique utilitate & pro suo amore Imperii retinendi, id jus excommunicandi haberi per potestatem, quæ foret illis communis, vel cum aliis societatibus, vel cum aliis hominibus, sed potius imitari Romanenses Præsules, qui ut sibi authoritatem non vulgarem crearent, sibi solis reservaverunt potestatem ordinandi & confirmandi, ne si cum pluribus communicaretur, vilesceret. *Qui affectant authoritatem & imperium in alios, non debent*, ut ait Tacitus, *promiscuis honoribus affici.*

Sed nec licentia promiscua, ut pii cum impiis communicent, debet horroris quicquam incutere Celeberrimo Claudio, quasi inde piis affricaretur

impiorum impietas, & impiorum deterior fieret conditio, & certior aut exitialior damnatio, quam gravare iniquum putat: sed hoc & illud incommodum planè nullum est, & falsitate laborat. Certè venerandus Beza (alioquin acerrimus assertor & vindex potestatis Ecclesiasticæ & Excommunicationis) risit hunc scrupulum Pharisæorum, qui impares in mensura pietatis, præ se contemnunt, aut procul abjiciunt, ut pestifera contagione tactos propter suam impietatem, an potius amore imperii: & existimavit pios, nulla labe affici si cum impiis communicant. Verba ejus sunt, Epistolâ secundâ ad Thomam Tilium. *Ut rectè accedam ad cœnam, non est scrutandum mihi quâ quisque conscientiâ ad eam mecum accedat, sed de mea ipsius conscientia laborandum est. Itaque & cum adulteris, & cum homicidis, etiam sceleratissimis quibusvis, modò nulla meâ culpâ tales sint ad cœnam castus & sceleris purus accessero. Nihil illorum impuritas mihi nocuerit. Et quod de moribus, etiam de doctrina dico*, &c.

Hæc loquitur Beza post Augustinum

num Epiſtola 48. ad Vincentium: *Manifeſtum eſt non contaminari juſtos, alienis peccatis, quandocunque cum eis ſacramenta communicant.* Plus eſt millies periculi aſſidere ſemel in menſa ordinaria ſocio tibi aut hæreſes, aut malos mores inſtillanti, ad contrahendam horum aut illorum porriginem, quam ſi centies aſſideas illi in menſa ſacra. Uſque adeo ſit ex muſca facere Elephantem, gravare invidiâ & horrendo crimine, quod facit Clariſſimus Claudius, communionem pii viri cum impio : necnon illos qui putant poſſe tolerari abſque profanatione ſacrorum, aut offenſione & læſione bonorum virorum, tum poſſe removeri impium à ſacra cœna, abſque illo apparatu clavium, & poteſtatis ligandi, & ſolvendi.

Nec poteſt eſſe deterior conditio aut certior damnatio aut Judæ aut perditi hominis (ſive communicet, ſive non communicet cum piis) in propriam perniciem & ad inferos ruentis, à quibus potius forſan ſpes ſit, fore ut gradum revocet per pœnitentiam, communicando cum piis, quam

ſi

si in totum à cœna abstinet.

In summa, tantum abest ut excommunicatio sit divinæ institutionis, & res bona, ut sit non solum absurda & inficeta, sed & perniciosa & exitialis censura, & quæ licet sit brutum fulmen, peperit Papæ imperium in Reges & Nationes, quæque nec sesamâ, nec melle, nec quoquam fuco commodæ interpretationis, potest Protestantibus, sine peccato commendari. Similis est ferculo ex cucumeribus, quod nulla arte culinaria, non sale, non aceto, non pipere, non maceratione diuturniori, non horsum sursum jactatione, aut versatione, unquam efficies ut sanitati conducat.

Claudam Epistolam verbis longè Doctissimi & Clarissimi viri Domini Eliæ Merlati, Santonis ad me scriptam ante sesqui annum.

'Omnino ergo certum est illud quod
'tu, vir eruditissime, & passim in tuo
'Jugulo causæ inculcas, & capite xx.
'disputas accuratè, Ecclesiasticis scilicet
'hominibus, officium incumbere persuadendi, jurisdictionem verò quâ
'cogant & submittant nolentes, nul-

'lam

'lam ipsis quâ Pastores sunt competere:
'sed vel ab ipso politico magistratu
'in eos derivari, vel ex *ædificatione*
'*Imperii in Imperio*, uti loqui amas,
'quam subsistendi necessitas, extor-
'queat, ubi contingit *Magistratum po-*
'*liticum* Religioni non favere, quod
'in Gallia nostra locum habet.

De eo sanè viro cum cogito, pono inter mea felicitatis argumenta, & delinimenta curarum, ærumnarumque abstersiones; eoque nomine gratias ago Deo, & in sinu gaudeo, quod tantum virum habeam sententiæ meæ in summa rei suffragantem, & patrocinantem, & quem meritò opponam toti agmini hominum, seu charissimorum capitum, qui me affinitate & cognatione attinent, seu aliorum pietate & eruditione conspicuorum, in quibus pono celeberrimum Claudium, qui nostra damnant, & sequius de me sentiunt.

Sed cumulus gaudii accederet si paria facientem Mussardum cum illis viris, ad meam sententiam perducerem: quod tamen me effecturum non despero. In qua fiducia positus speque fu-


turum ut dubium & amicè reluctantem, hæc Epistola pervincat; hortor & obtestor, ut spatio hocce vitæ meæ decurso, & me qui sum Septuagenario major, amoto, eandem veritatem arripias, promoveas, deffendas, & ad plures diffundas, monendo, hortando, suadendo, dein persuadendo ; excommunicationem esse terriculamentum avium, & everriculum fraudum Romanensium. Potestatem verò Ecclesiasticam, esse humanum figmentum, atque, (ut loquitur gravissimus author Anglus, quem modò tibi allegavi) Idolum quod Protestantes & Romanenses juxta colunt. Et quo stat stabitque Papa, & unà totus Romanensis apparatus. Et quo acrior sis ἐργοδιωκτὴς, prudenti via & consilio pertentandi sunt prius animi virorum de tuo grege, qui huic Idolo litaverunt, eique sunt mordicus addicti, quàm debellandi.

Ante omnia, author sum tibi, Primirosio, cæterisque symmystis, ut diebus sacræ cœnæ celebrandæ destinatis, cùm prælegitur sermo prævius Synaxi, illam pericopen transiliatis in qua, *In nomine*

nomine & authoritate Domini nostri Jesu Christi, anathemate feritis, non solum homines de grege (si qui sunt) vitæ impiæ, & ad omnia vitia projectæ, sed & insuper, idolatras, hoc est Pontificios, item Congregationales nostros seu Independentes, qui cœtus seorsim agitant, bonos certè viros, & quos iniquum, imo impium esset satanæ tradere per excommunicationem vestram.

Hæc si, Mussarde, vir eruditissime, & maxima authoritate pollens apud bonos viros, pectoris tui candore & pietate, feceris, haud dubium tuo exemplo, crescet audacia reverendo tuo collegæ Primirosio, tum summo viro Claudio, necnon cæteris symmystis, Langlæo, Dallæo, Allixio, & Menardo, Pastoribus Ecclesiæ Parisiensis, viris longè Clarissimis, idem præstandi : à quibus exemplum capiet tota gens sacra in Gallia, quæ Reformationi nomen dedit. In quo omine desino.

Cele-



Celeberrimo Theologo D. *Johanni Claudio*, Pastori Ecclesiæ Parisiensis, S D.

Subiit me sæpè admiratio, Vir Reverende, quod de septuaginta viris, quibus nostram novam Rationem per Epistolas præfixas nostro *Jugulo Causæ* dicavi, & de quingentis viris doctis, qui illam Rationem ad examen suum revocaverunt, solus extitisti (nisi clarissimus vir Petrus-du Bosc paria tecum faciat) qui illam, aut non probaret, aut non pronunciaret, post semel intellectam & arreptam à viris qui præsunt ordini, tum sacro, tum civili, hasce, sed longè magnas utilitates, inde in orbem Christianum redundaturas.

1. Primò per eam brevissimâ viâ debellari Papam & totum systema Romanense;

manenſe; deinde ad omnes controverſias dirimendas, quæ non ſunt de fide circa Primatum in Eccleſia, Papæ ἀναμαρτησίαν, Poteſtatem Paſtorum, Synodorum naturam & authoritatem Eccleſiæ, Judicem controverſiarum; item circa naturam ſchiſmatis & diſciplinam Eccleſiaſticam, ſternere compendioſiſſimum iter.

Secundò per novam noſtram rationem ſemel intellectam, probatam & arreptam, diſciplinam Eccleſiarum reformatarum à Papiſmo, longè firmioribus fundamentis & columnis fulciri, quam hactenus experimento comprobatum fuit.

Tertiò, per illam rationem noſtram ſemel probatam & ad praxim revocatam, plus dignitatis & authoritatis, ut par eſt, viris de ſacro ordine accreſcere.

Quartò, Sed, quæ meretur agmen cæterarum utilitatum ducere, quæ exurgit ex noſtra ſententia, ubique à bonis & doctis recepta, illa eſt, expeditiſſimæ rationis, in Europa quidem, Pontificios cum Proteſtantibus, Lutheranos cum Calviniſtis: At in

Anglia Episcopales cum abeuntibus ab Ecclesia Anglicana, ut loquuntur, Presbyterianos cum Congregationalibus, quos vulgus Independentes vocat, conciliandi, Nam cum Presbyteriani & Congregationales, in fide sint concordes, at in disciplinæ modo immensum quantum à se invicem abeant, per nostram sententiam semel imbibitam ab utraque parte, detumescent partiùm odia; exulabunt apud eos lites, circa certam aliquam disciplinæ normam de jure Divino habendam; atque fidei & charitatis uno vinculo coalescent. Sed & penè solus existitisti, qui per rationem nostram non flecteretur in assensum sequentium corollariorum.

1. Nempe Potestatem, perperam dictam, Ecclesiasticam & Spiritualem & ejus sobolem Excommunicationem, esse humana figmenta, & per hanc & illam, ortum, auctum, & progressum mysterium iniquitatis accepisse.

2. Potestatem illam Ecclesiasticam, cujuscunque fuerit aut possit statui esse utilitatis, fuisse per plura secula post Apostolos Equum ephipiatum, sollicitè

citè adornatum & curatum, in ſpem, ut aliquando Seſſorem Papam admitteret: qui incidens huic Bucephalo, ſibi imperium majus & potentius imperio Alexandri pararet.

2. προςασίαν, ſeu prælationem Epiſcopalem, quocunque demum conſilio introductam & quocunque jure fundatam, ſeu Divino, ſeu Humano, fuiſſe ſubicem ſuppedaneum, ſeu ſtrepam per quam Papa in dorſum iſtius equi evaderet.

4. Larvâ detractâ Poteſtatis Eccleſiaſticæ ſeu Spiritualis, per quam Papa probat & acceptum reddit ſuum imperium,, reipſa terrenum, Regibus & Populis, ſtatim concidere hocce imperium & ſuâ ruinâ involvere totum Romanenſe Syſtema, Papæ, & Religionis: quibus major authoritas accedit ab illo fuco poteſtatis Eccleſiaſticæ, quam ab ejus divitiis, robore & pompâ.

Sed, quod Tu, vir Magne, judicii acerrimi & ſubacti non credis, aut non admittis haſce utilitates, in cauſa eſt quod noſtra nequidem obiter & furtivis oculis legeris, ſed Te adduci, aut

potius excæcari paſſus fueris præjudiciis chariſſimorum capitum, quæ me proximâ cognatione contingunt; cæterà virorum meritiſſimorum & eruditione præſtantium, ut pariter atque illi (quod ſemper in more habuerunt) damnares hoſce fœtus nec viſos, nec lectos, ut everſores omnis ordinis & juris, cum humani tum maximè divini. Nam te virum niveum & pectore candidum, æquiorem cenſeo, quam ut eo nomine amandes, quod illi fecerunt Anticyras, aut conſtringendum putes vinculis Hipocratis. Quocirca, oro Te, obteſtor, vir Magne, ut me ex relatu aliorum, nec probes nec damnes: ſed tantillum otii ſurripias & ſubducas de ſtudiis tuis: quodque non ultra quadrantem horæ diſtinebit, quod des conſpectui hujus ſynopſeos; in qua, quaſi in brevi tabella exhibeo complexum tum Parænefeos noſtræ; tum alterius operis noſtri cui titulus eſt, *Jugulum Cauſæ*, quem expendas, concoquas, judices, an detur aliqua cauſa, ob quàm à Te aut à quoquam viro repudietur & damnetur. Si primo intuitu & in præſens non arridet; non

despero futurum, ubi ad plures abivero, quod brevi fiet; ut non displiceat Tibi, quod prius damnaveras.

1. Cum Dominus Jesus habeat in terris duo regna seu imperia, unum naturale, alterum Mediatorium: quorum alterum est in altero, ut loquitur Optatus Milevitanus; cum ait Ecclesiam esse in republica, statuendum esse, cujusque reipublicæ, imo Ecclesiæ, quatenus est intra regnum Christi naturale, caput esse Regem seu Magistratum, qui cum summo imperio præest humano ordini, cùm in Ecclesia, tum in Republica; At in regno Christi mediatorio, Regem Ecclesiæ & caput neminem esse præter Christum; nec alium aut alios vices tenentes Christi præter Ministros Evangelicos; nec alios, qui non sunt de hoc sacro ordine vocatos, nec vocandos in consortium potestatis & operis, quod geminum & idem est, quod Dominus Jesus & Apostoli, si rebus humanis interessent assumerent in regimine Ecclesiæ. Quod quidem id foret conciliare Deo populum & ex infenso præstare spontaneum, cum per prædicationem Evangelii, administrationem

tionem Sacramentorum: intellectum cognitione illustrare, voluntatem flectere ad pœnitentiam, ad timorem Dei & charitatem proximi; dein declarare jus Dei, quid concordet cum jure Divino, quid ab eo discordet in doctrina & moribus.

2. Ad hanc potestatem in regno Christi Mediatorio pertinere claves regni cælorum & potestatem ligandi & solvendi, seu remittendi & retinendi peccata; tum munus Episcopi, Pastoris, Oeconomi & Dispensatoris Divinorum oraculorum, quo homines transferuntur à regno satanæ, tum naturæ, quod habet Christus in terris, ad regnum ejusdem Mediatorium & à tenebris ad lucem.

3. Huic imperio Mediatorio, Potestati, & regno Christi, par esse omnis conditionis homines, Reges, Principes mundi, qui accenseri volunt Christianis & fidelibus se subjicere, atque morigeros præstare, hortationibus, præceptis, imo imperiis Pastorum suorum.

4. At in altero Christi imperio & regno quod est naturale, cum Ecclesia visi-

visibilis, non differat à Republica; una ubique sit norma agendorum & morum, quæ imperetur, scilicet decalogus: una regula credendorum, quæ tamen commendetur, non obtrudatur invitis, ut est symbolum Apostolorum: Cumque hujus & illius idem sit finis, cum subordinatus, tum ultimus; nempe pax in terris, in conscientiis, salus animarum & gloria Dei; planè statuendum esse æquo jure, (si non potiori) Ministris Evangelicis deberi imperium, si non summum, saltem subalternum, juxta atque Magistratibus & Principibus populi in regimine seu Ecclesiæ, seu Reipublicæ; atque per injustam occupationem arceri viros Ecclesiasticos à Potestate seculari, si non jus dicendi, saltem leges ferendi, seu in Ecclesia, seu in Republica.

5. Sed quia tempora non sunt jugiter usque adeo felicia, cujusmodi erant sub Davide, Josia, Constantino Magno, Theodosiis, ut Ecclesia & Respublica, in unum corpus coalescant & uno consilio regantur, uni imperio subsint: necessitatem incubuisse Christianis cœtus seorsim agitare, reluctantibus, aut

non

non attendentibus Potestatibus secularibus; tum constituere disciplinam communi consensu per confœderationem, quæ locum habet Magistratûs: eosdem actus potestatis producendo & exerendo, quos extra illam confœderationem, Magistratus amicus, & cui cordi sunt res Christianorum produceret in Ecclesia: ut si exauctoratio, Excommunicatio & reliquæ censuræ, quæ dicuntur Ecclesiasticæ sunt infligendæ, infligendæ sint ab illis vindicibus disciplinæ confœderatæ: quæ reipsa magistratura est, quæ semper viguit vigetque in Ecclesia visibili, seu nationali, seu particulari, ut loquitur synodus Parisiensis sexta; ut jam ad illos vindices confœderatæ disciplinæ; inter quos priores semper sunt partes virorum ordinis sacri, pertineat de omni causa & lite, quæ versantur in foro civili cognoscere & decernere: quæ reputatio, (ut id obiter moneam) destruit divisionem tribunalium jurisdictionum, Causarum & Rerum in duas classes, alteram Ecclesiasticam, alteram civilem.

6. Omnem potestatem quæ non est

po-

poteſtas illa verbi (de qua Rom. 1. 16. 2 Cor. 10. v. 5. Col. 1. 13. Acts 26. 18. Phil. 2. 12, 13. & cap. 3. v. 21.) per Miniſterium Evangelicum, agens in corda hominum & in volentes, monendo, hortando, ſuadendo, perſuadendo, nec exercetur intra Eccleſiam per modum correptionis ſeu coactionis per delegationem Magiſtratûs: nec aſſumitur per diſciplinam confœderatam: ſed dicitur Eccleſiaſtica & Spiritualis, nomine tenus & per maximam ἀκυρολογίαν ſic appellari; tum abhorrere à ſacra Scriptura, nec non à ratione, & à praxi Eccleſiæ Judaicæ; atque inſuper eſſe iniquam vendicationem & injuſtam occupationem juris alieni: imprimis ſi habetur & retinetur per poteſtatem ligandi & ſolvendi, & vi clavium regni Cælorum.

7. Eóque exitialiorem & perniciosiorem eſſe illam Poteſtatem Eccleſiaſticam, quod ſit everriculum, omnium fraudum, impoſturarum & tyrannidum Papalium; atque Epiſcopatum introduxiſſe, à quo præſtructim ventum eſt ad Papatum.

Habes, Vir Magne, cum in hacce

Epi-

Epiſtola, tum in illa quam ſcribo ad Reverendum Muſſardum, & quam ad Te ſcriptam perinde atque ad illum velim putes. Habes, inquam, breviarum ſententiæ noſtræ, à qua viſus es hactenus planè alienus : dubium an incuriâ ad noſtra reſpiciendi, atque indiligentiâ iſtius veritatis cognoſcendæ : an quia inſtillatum tibi eſt, prava & deteſtanda, ut loquitur de noſtris Scriptis Sorboniſta Arnaldus, edocere; à quibus meritò vir pius abhorreat. fateor noſtra nòn eſſe digna tuis oculis, Teque excuſatius errare, ſi non das aliquam moram cognitioni ſententiæ, quam audis paſſim ſugillari & proſcindi, non ſolùm à Pontificiis, ſed & à Proteſtantibus, qui ſunt eruditione conſpicui ac doctrinâ & vitâ ſanctiſſimi; ſed ut lego in Tacito, quandoque profuiſſe Reo odium & invidiam accuſatorum, ut judex ad miſerationem & ad disjudicandum integris animis & audiendum defenſionem Rei commoveretur: Ego me Tibi ſiſto fiduciæ plenus futurum, ut Te Judice, ſi cauſâ cado, ſaltem inauditus & indefenſus non peream: quin Te ad meas partes addu-

adducam, aut ſaltem conſtringam rationibus ſic cogentibus, ut Te impetus capiat perrumpendi omnia obſtacula præjudiciorum, quæ mancipio & nexu præclariſſima quæque ingenia, ut eſt Tuum in vinculis tenent; ut de Te uſurpentur & in Te comprobentur verba Chriſti. *Cognoſces veritatem, & illa veritas Te in libertatem aſſeret.* Vix manum de tabula ſubſtraxeram, & tibi dicere, vale, apud me conſtitueram, cum per lectionem libri Epiſcopi Condonenſis, & reſponſionis inſtitutæ ab Illuſtri adverſario, Marco Antonio Baſtidio mihi ſuggeritur, nova occaſio, licet nova non ſit materia, Te ulterius laceſſendi; exponendo Tibi liberè ſenſa mea de hujus & illius Scriptione circa id de quo modò, mihi fuit ſermo Tecum. Porro, cum hujus & illius Gallica mente etiamnum inerrent mea; non potui temperare mihi, quominus quæ hic ſubjicio ſint perinde Gallica.

Vous



VOus avez leu, la responſe de Monſieur de la Baſtide, à Monſieur de Condom ; Et vous l'avez leuë aſſurément, avec exactitude ; puisque vous luy avez donné voſtre approbation. Dites-moy Monſieur, avec vôtre candeur ordinaire, ſi vous n'avez pas remarqué, que cette reſponſe, qui eſt fort ſcavante & digne de ſon autheur, dans tout le reſte de l'ouvrage, paroit extrémement foible, dans l'endroit, où Mr. de Condom nous attaque, ſur le pouvoir que nos Synodes s'attribuent ; qui eſt au fonds le meſme, que celuy que le Pape & ſes Conciles s'arrogent : quoy que Monſieur de la Baſtide diſe, qu'il y a de la différence, comme du plus au moins, je ne vois point du tout cette différence. Car les Conciles Latins ne font tout au plus que de fraper d'anathéme les contredisans. Le ſupplice que nos Synodes ordonnent contre ceux qui refuſeront de ſe ſoûmettre à leurs décisions, eſt,

ce

ce me semble, la mesme chose ; quoy qu'ils se servent d'autres termes, asçavoir, retrancher de l'Eglise. Il n'y a point de plus grande peine que celle-là. C'est disposer à son plaisir du Paradis & de l'enfer. C'est beaucoup pire que de livrer au bras séculier, & de mettre les corps entre les mains du bourreau, comme a fait le Concile de Constance. Car retrancher de l'Eglise, c'est livrer au diable, & envoier en corps & en ame les personnes en enfer.

Que répond à cela Monsieur de la Bastide. Il dit deux choses : l'une, que le Pape & les Conciles se croient estre infaillibles, & l'autre qu'ils obligent les fidéles à recevoir leurs décisions aveuglément, & sans les examiner : que nos synodes ne font, ni l'un ni l'autre. Cela ne résoud pas la difficulté. Au contraire, puisque l'Eglise Romaine s'attribue l'infaillibilité, elle a raison sur cette supposition, de condamner ceux, qui ne recevront pas aveuglément ses décisions. Mais pour nous qui croyons que nos synodes sont sujects à l'erreur ; de quel droit pou-

vons-nous pretendre que l'on leur doit une obéïſſance ſi abſolue, que ceux qui y manqueront doivent eſtre retranchez de l'Egliſe: c'eſt ce que l'on fait, comme Mr. de Condom le prouve fortement par les Articles de la diſcipline des Egliſes reformées de France, & par les actes des ſynodes Nationaux, que l'on peut lire dans ſon écrit. C'eſt ce que Mr. de Condom preſſe, & à quoy ſon illuſtre adverſaire ne ſatisfait pas ; car au lieu que le premier inſiſte, ſur ce que, puiſque nous avoüons que le tribunal de nos ſynodes peut errer, nous avons tort d'obliger avec tant de rigueur les fidéles à s'y ſoûmettre. Mr. de la Baſtide ſe ſauve en diſant que le Pape & les Conciles, ont tort de ſe croire infaillibles, & qu'il y a de la différence d'eux d'avec nous, comme du plus au moins : mais à quoy ſert cette diſtinction, qui n'eſt que dans les mots, puiſque la choſe eſt la meſme au fonds, & qu'on punit de part & d'autre les contrediſans par les meſmes peines, qui ſont l'anathéme & le retranchement de l'Egliſe.

La ſeconde réponſe de Mr. de la

Bastide ne me paroit pas plus solide, quand il dit que Rome veut que l'on recoive aveuglément & sans examen les ordonnances de ses Papes & de ses Conciles ; au lieu que nos synodes laissent aux fidéles la liberté d'examiner ce qui leur est proposé de leur part : Car à quoy peut servir cette liberté d'examiner : puisque s'il arrivoit à quelqu'un d'avancer un sentiment, qu'il jugeast estre plus conforme à la parole de Dieu, il seroit aussi-tost retranché de l'Eglise, comme un libertin, ou comme un profane. L'Eglise Romaine n'a-t-elle pas plus de raison de vouloir que ses devots recoivent à yeux clos les decrets de ses Papes ; & de ses Conciles, puisqu 'elle les croit infaillibles, que nous qui faisons semblant de permettre au peuple la liberté d'examiner les choses, & qui ne voulons pas qu'il ait celle de réjetter ce qu'il ne trouve pas conforme à la parole de Dieu. A quoy servira tout cét examen, toute cette recherche, & toute la peine qu'on se sera donnée puis qu' aprés tout il faut obéir & recevoir comme une vérité ce-la mesme

que l'on croira estre une erreur. C'est obliger le monde à trahir les lumiéres de sa conscience, & à estre Hypocrite, & à se jetter les yeux ouverts dans une erreur reconnue Mais je m'exprimeray mieux en employant les beaus termes de Mr. de la Bastide. *C'est contraindre & non pas persuader; C'est employer la violence contre l'intention de Dieu, au lieu de l'Esprit de douceur & de charité: C'est entrainer les Chrestiens par un esprit de servitude, tres-indigne de la liberté des enfans de Dieu, & les obliger soûs le beau prétexte de déférer à ses conducteurs, à faire une société de corps d'intérests & de grimaces, & non pas une véritable communion d'Esprit & de sentiment. Réponse à Mr. de Condom pag.* 384.

Je m'estonne comment cét excellent Esprit, ne s'est pas apperçeu que l'on peut retorquer contre l'authorité que nos synodes usurpent, tout ce qu'il allégue contre celle des Conciles de Rome; car si ceux-là doivent estre retranchez de l'Eglise, qui ne se soûmettront pas aux synodes, encore qu'ils tomberoient dans l'erreur, il ne sera pas

per-

permis de s'y opposer, *Le mal sera sans reméde ; l'erreur passera en force de Loy, authentique & irrévocable.* *Elle se rendra plus générale, plus durable & par conséquent plus dificile à reformer : quoy que les conducteurs soient aveugles, il ne sera pas permis aux particuliers, à qui Dieu a donné plus de force, plus de lumiére, & plus de courage de prendre le party de la vérité.* (*Rep. à Mr. de Condom, p.* 405.)

St. Athanase aura eu tort de s'opposer à l'impiété de l'Arrianisme ; nos reformateurs sur tout, seront fort criminels, & ce sera avec justice, qu'on a fulminé contr' eux des anathémes, puis qu'ils ont osé ouvrir la bouche contre tant de Conciles, qui avoient établi les points qu'ils ont combatus ; & une personne comme moy, qui n'en a point d'autre qui la seconde, sera dans l'erreur pour publier ce tombeau de la Puissance Ecclésiastique & son Excommunication, que nos Eglises reçoivent pour une institution de J. C. & pour s'opposer (comme fesoit le seul Athanase à l'Arrianisme) â un sentiment autant généralement reçeu qu'estoit l'Arrianisme.

Il ne sert de rien, de dire que St. Athanase & nos Reformateurs se sont opposez au mensonge, & que par conséquent on les a anathématizez mal à propos : car les Conciles prétendent n'avoir rien ordonné, qui ne soit conforme à la parole de Dieu, dont ils ont allégué les passages, Nos synodes prétendent la mesme chose. Mais qui osera soûtenir, qu'ils ne puissent jamais établir aucune erreur ; ce seroit les canonizer, & les rendre infaillibles ; ce que nous n'avons pas creu jusqu'à present. Et l'expérience fait assez voir le contraire. Car quand il n'y auroit que le pouvoir qu'ils se donnent d'obliger à croire leurs décisions, & à y soûscrire, comme des véritez incontestables, soûs peine d'estre retranchez de l'Eglise, comme des impies, c'est une procédeure que je ne crois pas Chrestienne.

Je pourrois mettre en mesme rang l'excommunication, qui est une invention des Payens, établie par le Pape parmi les Chrestiens, qui est pourtant au gré de vos Synodes ; que si quelqu'un y alloit soûtenir, que ce n'est

qu'une fourberie, comme j'en suis persuadé, on la mettroit d'abord en usage contre luy, comme l'on fit contre le Médecin de la Rochelle l'an 1577 (en plein Synode, où Théodore de Béze présidoit) pour ne l'avoir pas creüe; Mais c'est un expouventail de cheneviére, qui ne fait du mal qu'à ceux qui en ont peur, non plus que les foudres du Vatican.

Vous sçavez Monsieur; & vous n'approuvez pas la maniére dont ceux de Genéve & de Suisse se sont avisez depuis peu de traitter ceux qui n'ont pas assez de foy pour croire l'imputation du péché d'Adam antécédente de la corruption: vous sçavez qu'ils ont érigé en Articles de foy l'imputation de la justice active de J. C. la damnation des hommes par le défaut d'un Rédempteur, & parce que Dieu ne veut pas qu'ils soient sauvez, ni qu'ils se repentent; l'impuissance Physique d'obéir aux commandements de Dieu, l'antiquité & la divinité des points du texte Hebreu & divers autres points peu importans au salut, & dont ils imposent aux Ministres la soûscription,

on, soûs peine à ceux qui refusent d'estre réjettez comme indignes du Ministére: combien y en a t'il qui signent ces nouveaus formulaires contre leur conscience, & qui se pleignent secretment, (car ce seroit un crime digne de déposition de parler haut) que nos assembleés Ecclésiastiques usurpent un empire sur les ames; que l'on fait passer des traditions humaines pour des véritez Divines: que les pasteurs qui ont acquis quelque crédit, veulent faire recevoir leurs sentiments particuliers pour des articles de foy, & qu'enfin les Reformez agissent, avec cette mesme tyrannie, qui a tant fait crier nos Peres, & qui les a obligez à se séparer d'avec l'Eglise Romaine.

Voila les beaux effects de la Puissance Ecclésiastique: est-ce-là une conduite Chrestienne? Et les Apostres nous ont-ils enseigné de prendre ainsi à la gorge nos freres, pour leur faire embrasser aveuglément nos sentimens: Supposé mesme que ce fussent des véritez, pusqu'elles ne sont pas des véritez nécessaires pour le salut: Ne faudroit il pas supporter les foibles avec un esprit

de charité ? D'où vient que les hommes ſujects à l'erreur demandent plus de ſoûmiſſion que les Apoſtres qui eſtoient infaillibles ? Ne void-on pas clairement que tous les deſordres qui troublent nos Egliſes, & qui les perdront ſi Dieu n'y remédie, viennent de cette ſource mal-heureuſe de la Puiſſance Ecclésiaſtique qui ne peut pas ſubſiſter qu'elle ne produiſe des violences ſemblables à celles qu'on a veües dans la communion de l'Antechriſt. On appelle cette Puiſſance-là ſpirituele; & on a raiſon à un égard, aſcavoir parce qu'elle exerce ſa juridiction ſur les ames & ſur les conſciences, qui eſt entreprendre ſur les droits de Dieu, & ravir aux Chreſtiens le plus beau fleuron de leur couroune: Car l'avantage que nous avons d'eſtre faits Rois par J. C. conſiſte en ce que nous ne dépendons point d'aucune créature, pour ce qui regarde l'homme intérieur, & que noſtre conſcience ne reconnoit d'autre ſupérieur que Dieu ſeul, ſelon l'ordre de l'Apoſtre, 1 Cor. 7. *Vous avez eſté rachêtez par prix ; ne devenez pas les Eſclaves des hommes.*

Vouz

Vouz direz ſans doute que depuis plus d'un ſiécle, le gouvernement des Egliſes de France, n'a apporté aucun trouble, ni à l'Egliſe, ni à l'Eſtat; qui eſt une preuve que noſtre Diſcipline, n'eſt pas appuyée ſur des fondemens ſi dangereux que je viens de les remarquer: Je repons à cela que les productions natureles & ordinaires de la Puiſſance Ecléſiaſtique, n'ont pas paru parmi vous, premiérement à cauſe de la contradiction, & du grand pouvoir de nos adverſaires qui a tenu cette beſte farouche de Puiſſance Ecclésiaſtique comme enchainée, & qui nous a rendus plus reiglez & moins hardis à baſtir ſur nos prétenſions. En ſecond lieu, parce qu'encore que vous fondiez voſtre diſcipline ſur la prétendue puiſſance Spirituele, & ſur un droit Divin; ce n'eſt pourtant au fonds que l'érection d'un pouvoir civil authoriſé ou délégué par le ſouverain, de qui vous dépendez ou ce n'eſt tout au plus que l'établiſſement d'une authorité priſe par un commun conſentement, & que l'on appelle diſcipline confédérée, qui tient lieu de Magiſtrat, & à

la-

aquelle tous vos peuples acquiescent
parce qu'elle est nécessaire dans la con-
lition où vous estes. Tout le mal
qu'il y a, c'est que vous la retenez, Je
ne diray pas par des fourbes & par des
nensonges, mais par des fraudes pieu-
ses, y employant les peines Ecclési-
stiques, qui sont de pures imaginati-
ns, & qui sont destituées de la parole
e Dieu, & que vous tâchez en vain
'accréditer par le pouvoir de lier, &
e délier, & par le maniement que vous
ous attribuez des clefs du Royaume
es cieux; car vous faittes entendre à
os peuples ce qui n'est pas, asc. que
ar *lier* il faut entendre excommunier
: que *délier* vaut autant que lever
excommunication ou absoudre, &
ue par l'excommunication une per-
onne est livrée un Diable. Car J'ay
ait voir dans ma Parénése, à quoy
n n'a point répondu, que les Prote-
ans & les Papistes s'accordent mutu-
llement pour se créer un empire sur
s peuples, & combien les uns & les
utres se trompent dans l'exposition
u'ils donnent à tous les passages, sur
squels ils appuyent leur authorité,
sur

ſur tout dans l'explication de ces paroles de J. C. *di-là l'Egliſe* qui pourroient autant ſouffrir celle que ceux de Rome luy donnent, c'eſt à dire *di le au Pape* ou *à l'aſſemblée des Prélats*, que celle de nos Miniſtres qui veulent que par l'Egliſe on entende un conſiſtoire de Paſteurs & d'Anciens.

Si Henry le grand euſt perſiſté dans la religion reformée & qu'il l'euſt établie dans toute la France, leur eſtat euſt eſté plus déplorable mille foix, ou du moins, moins deſirable qu'à preſent, parce que ſans doute les miniſtres auroient preſſé l'établiſſement d'une diſcipline ſur le modéle de celle de Calvin, c'eſt à dite une juridiction collatérale & indépendante de celle du Magiſtrat. Ils auroient voulu ériger un tribunal Eccléſiaſtique National & Souverain. Ce qui euſt aporté une confuſion pareille à celle que le Pape y cauſeroit, s'il y eſtoit creu ſans réſerve, & ſi les decrets de ſes Conciles, & particuliérement de celuy de Trente y eſtoient ſuivis aveuglément; au lieu qu'il y a appel comme d'abus des cours Eccléſiaſtiques aux cours civiles, & aux Par-

Parlemens, qui se sont opposez de tems en tems aux attentats de Rome, & de son Clergé comme vous sçavez qu'il y en a mille preuves dans les recueils des libertez de l'Eglise Gallicane, & comme il s'en voit tous les jours des exemples.

La preuve de cela est toute visible, car on a veu que cette collatéralité de tribunaux, n'a jamais esté établie, soûs un Magistrat reformé, qu'elle n'ait aussi attiré aprés soy d'horribles confusions, comme on en a veu les exemples dans l'Ecosse, aux Eglises rereformées des Pays-bas & à Genéve, où les consistoires ont toûjours esté en quérele avec le Magistrat, & tâché d'avoir le dessus. C'est ce qui m'a fait dire souvent, aux principaux du party Presbytérien en Angleterre, que les gens de bien ont grand suiet de loüer Dieu, & de le remercier de ce que durant les derniers troubles leur party n'a pas prévalu, parce qu'ils auroient jetté les affaires dans une confusion beaucoup plus grande que celle dont ils se pleignent aujour-d'huy soûs l'Episcopat, car celuy-cy remédie à une in-

 finité

finité de desordres dans l'Estat où il est en ce Royaume, parce qu'il est soûmis au Roy qui est également le chef de l'Estat & de l'Eglise, au lieu que si le party Presbyterien eust eu le dessus, ces Messieurs n'eussent point voulu reconnoitre d'autre chef en terre pour le réglement de leur discipline que J. C. comme ils l'ont témoigné dans leur confession de foy, & dans le modéle de leur discipline imprimé & publié, & (ce qui eust esté pis) ils eussent fait souffrir aux Congrégationaux, & aux autres sectes différentes d'avec eux, ou en matiére de foy ou de discipline, la mesme persécution dont ils se pleignent aujourd'huy, comme ils ne l'ont point dissimulé dans plusieurs de leurs Sermons, & traittez imprimés, que s'estoit là leur intention.

En-fin la Puissance Ecclésiastique est une méchante mere, qui enfante nécessairement ou le Pape, ou le Papisme, car encore que l'on réjectera toutes les idolatries, les erreurs & les superstitions de l'Eglise Romaine; encore qu'on conservera la pureté de la doctrine,

ctrine & du culte, c'eſt retenir l'authorité Papale, pendant qu'on croit eſtre élevé ſur un tribunal ſouverain pour décider au nom de J. C. les points de la foy & fraper à coups d'anathémes ceux qui ne s'y voudront pas ſoûmettre. En un mot vous n'aurez jamais fait une entiére ſéparation d'avec Rome, juſqu'à ce que vous ayez renoncé à la Puiſſance Ecclésiaſtique ; Parce que c'eſt dans la poſſeſſion de cette Puiſſance que conſiſte le myſtére d'iniquité, le Pape, l'Egliſe & la religion Romaine; laquelle n'eſt autre choſe que l'attachement des peuples à l'empire terrien que le Pape s'eſt baſti dans les Eſtats d'autruy & dont il ſe continue la poſſeſſion, ſoûs le fard, & ſoûs le déguiſement de Puiſſance Ecclésiaſtique : & dont il ne faut pas attendre la ruine avant qu'il plaiſe à Dieu de détromper les Drs Proteſtans, & ceux de Rome de cette fourbe, & de cette illuſion de Puiſſance Ecclésiaſtique, commenceant par Monſieur Claude, & par ſes collégues, parce qu'ils y ont moins d'attachemens que les Prélats & Drs de Rome que en viuent, & en engraiſſent leur cuiſine.

Vous aurez aussi remarqué sans doute Monsieur, que Monsieur de la Bastide pour se tirer de peine tombe dans mon sentiment, que vous ne pouvez pas desavouer, Monsieur, puisque vous avez donné vostre approbation à sa reponse. Monsieur de Condom luy objecte, que c'est principalement dans les matiéres de foy, que nos synodes ont voulù établir une dépendance ; parce que le plus grand inconvenient, où il remarque, que les fidéles tomberoient par l'indépendance, c'est qu'il se formeroit des schismes, & se pourroit faire autant de religions, que de paroisses: Monsieur de la Bastide respond, que si cette conséquence est bonne, il s'ensuivra aussi que la foy & la religion dépendront du Magistrat civil; parce que si les peuples n'estoient retenus par l'authorité du Magistrat, ils vivroient chacun à sa fantasie dans les choses mesme de religion : là vous voyez qu'il reconnoit que c'est le Magistrat qui a l'authorité de régler les peuples pour les empêcher de troubler la religion, & de faire des factions, qui pourroient jetter le desordre dans

l'Eglise & dans l'Estat : ce qui est tres-vray. C'est mon sentiment ; pour lequel plusieurs de nostre communion, & mesme de mes plus proches parens, me regardent de mauvaix oeil. Mais cela estant ainsi supposé par vous & par moy, à quoy servira l'authorité des synodes ? pour quoy se mêleront-ils de ce que nous reconnoissons estre la charge du Magistrat. J'avoüe bien que les Pasteurs & les Docteurs assemblez peuvent & doivent, comme des expers éclaircir les matiéres contestées: mais je soûttien hautement qu'ils n'ont aucune authorité, ni aucune puissance coactive pour imposer aux peuples la nécessité de se soûmettre à leurs décisions;s'ils le font, c'est au defaut du Magistrat ou Chrrstien, ou Orthodoxe. Et en ce cas-là, comme ils revestent l'authorité de Magistrat, & qu'ils n'agissent pas en leur qualité de Miniitres, ils ne peuvent imposer que des peines Civiles: hors de-là, tout ce que les Pasteurs peuvent faire, c'est de déclarer, que leur sentiment est autant qu'ils peuvent juger conforme à la parole de Dieu, de prier les Chre-

ſtiens de les examiner ſans préjugé, & de les recevoir, & de dire avec les Apôtres *ſi vous faites ces choſes vous ferez bien.* Mais c'eſt à faire au Magiſtrat Chreſ. à employer ſon authorité pour réprimer ceux qui s'obſtinent contre la raiſon & contre l'expreſſe parole de Dieu.

En-fin, Monſieur vous aurez ſans doute remarqué que Monſieur de Condom qui paſſe fort légérement ſur le reſte de ſes preuves, qui n'oſe pas s'y arreſter, parce qu'il en ſent la foibleſſe, & qui ſemble marcher ſur des épines; quand il eſt ſur cette matiér de l'authorité des ſynodes, où il ſe void bien fondé, il s'eſtend, il inſiſte, il preſſe, il redouble coup ſur coup; en-fin il marche avec la fierté d'un conquérant. Monſieur de la Baſtide au contraire tout ce qu'il peut faire dans cét endroit, c'eſt de fuir & de ſe cacher. Ne faut-il pas s'aveugler volontairement pour ne reconnoitre que c'eſt le fantôme de la puiſſance Eccléſiaſtique, que Monſieur de la Baſtide veut conſerver à nos ſynodes, qui le mettent à la geſne, & que la foibleſſe de ſes réponſes ne vient

pas

Rivetus in Decalogum, *Ministri quatenus Ministri, sunt summi Magistratûs subditi; cur autem à subditis & eorum judicio; non liceat provocare ad summum Magistratum? Et cur supremo Magistratui judicia subditorum non liceat recognoscere: si bona, rata habere, si mala abolere?*

Polyander Synops. desp. 50. *Magistratus*

gistratus penes quem est summi imperii potestas; disciplinam illam, aut præsens approbare, aut absens examinare potest: & si quid in ea desideratur à pastoribus exigere, ut illud ex verbo Dei, & ejus analogia addatur & emendetur.

Maccovius cum esset Polonus & professor Theologiæ Franekeræ, nec ullas partes haberet jurisdictionis in synedriis pastorum, tantò defæcatiori judicio & abducto à præjudiciis pronunciabat de jurisdictione aut Pastorum aut Magistratûs circa sacra. Cumque suo tempore colliderentur inter se pastores, & cum Magistratu, circa modum potestatis assignandum aut huic, aut illis, hancce invenit viam concordiæ Scripto publici juris facto & in tres propositiones digesto, quod in omnes partes, loca, urbes & Ecclesias fæderati Belgii transmissum fuit, & maximè probatum à viris pacis amantibus senatoriæ gravitatis, Professoribusque & doctoribus Academiarum; sed quod à vindicibus potestatis Ecclesiasticæ, ut est gens sacra, lacerabatur & differebatur, ut carmen exitiale & veneficum velut sica jugulum potestatis

Ecclesiasticæ petens &. transfodiens, à nonnullis vocaretur mors; & funus Potestatis Ecclesiasticæ. Et cujus author meritò diceretur flagrum Ecclesiæ. Summus vir Bochartus Epistolâ ad Morlæum ait per sarcasmum illis propositionibus Maccovianis inditum nomen libellorum. Ejusmodi autem sunt.

1. Officium & partes Magistratûs sunt curare & providere, ut verbum Dei sanctè & purè prædicetur, &. ritè sacramenta & disciplina Ecclesiastica administrentur: tum inquirere in doctrinam, vitam, mores pastorum, an benè aut malè; diligenter, an perfunctoriè officio defungantur suisque partibus, ut cunctantes, aut in officio cessantes puniant.

2. Quandoquidem decisiones, definitiones, sententiæ, imo canones, decreta, censuræ latæ à synodis, synedriis, pastoribus, nullam vim legis habeant, nec quemquam obligent illis parendi citra sanctionem Magistratûs, inde conficitur summum judicium imperii circa sacra, non pertinere ad pastores, nec ad synedria & synodos, sed ad Magi-

Magistratum atque in ejusmodi censuris, canonibus decretis ferendis & imperandis, summum & ultimum judicium summamque authoritatem pertinere ad Magistratum, non verò ad Synodos aut Pastores.

3. Cum ergo canones, decreta, censuræ latæ à pastoribus, definitiones & constitutiones nullam vim legis habeant, quæ parendi illis cuiquam necessitatem imponant, citra sanctionem, voluntatem & approbationem Magistratûs, planè conficitur eum teneri & obligari, vel illas constitutiones & definitiones pastorales aut synodales cæco judicio approbare & ratas habere citra examen proprii judicii suggerentis, quod concordent cum sacra scriptura, aut ab ea discordent: quodque plus minusve cedant in bonum Ecclesiæ: vel illas constitutiones Ecclesiasticas in totum, saltem de illis tantum suo assensu ratum habere, quantum post examen debitum proprii judicii, ipsi videbitur bonum, justum & æquum. Hic, inquit Maccovius. constrictos teneo vindices potestatis Ecclesiasticæ & compello ad assentiendum uni.

uni de duobus hiſce: nempe ut reputent Magiſtratum, vel ſummum judicem & arbitrum circa ſacra, Eccleſiaſticarum definitionum & cenſurarum, vel lictorem & miniſtratorem Paſtorum, Synodorum & Synedriorum, quorum imperia non interpretari, ſed exſequi cæco judicio debeat.

Huic ſententiæ Maccovii, quâ nihil verius, nihil defæcatiori, & ſubactiori judicio prolatum, aſtipulantur multi in Anglia de ſacro ordine, imo Epiſcopi, nulli quod ſciam in Gallia inter reformatos ſacri ordinis viros, niſi quos pervicit mea Paræneſis aut meum *Jugulum Cauſæ.* In Anglia ergo ſunt Davenantius, Bilſonus, Lancelotus Andreas Epiſcopi, tum Hookerus & author doctiſſimæ diſſertationis, cui titulus eſt *Epiſcopalis hæreditas*, omnes ex æquo aſſenſuri Maccovianis libellis. Hujus quem ex Anglis ultimo loco nominavi, attuli verba in Epiſtola ad Muſſardum, quibus affirmat dogma eſſe Pontificium aſſerere Poteſtatem Eccleſiaſticam diſtinctam eſſe à civili. Et revera è Papæ officina, & è viſceribus iniquitatis prodiit diſtinctio illa

potestatis in Ecclesiasticam & civilem, & unà tribunal illud Ecclesiasticum nationale; seu Papæ; tremendum quidem quia armatum ἀναμαρτησίᾳ, sed non usque adeo cum ratione pugnans, ut quis mancipet suum intellectum judicio infallibili, atque quod habetur inter Protestantes, tantò magis absurdum & inficetum quam Romanense quod exigat obsequium judicio errori obnoxio.

Venio ad Theologos in contrarias oras delatos, non solùm in fœderatis provinciis, sed & in Gallia, vix in Anglia, nisi inter Presbyterianos: at magno numero in Scotia.

Prodeat primus Antonius Walæus, Professor Leydensis* Synops. Purioris Theologiæ disp. 48. Thes. 19. qui erit instar omnium quos longo ordine recensere possem, *Negamus Spiritualem Potestatem, aut ejus praxin à Magistratûs suprema authoritate pendere, sicut quidam recentiores contendunt: cum à solo Christo pendeat, & ab ipso sit immediatè concessa Ecclesiæ; ac proinde; nec per appellationem, aut provocationem propriè dictam, potestas hæc ad Magistratus,*

ſtratûs, aut Principum tribunal deferri poteſt ; cum ejus exſecutio penes ipſos non ſit.

Paria loquuntur Galli reformati de ſacro ordine : nec mirum, ut pote aſſueti ; ſuas res ſibi ſeorſim habere, abſque provocatione à Syncdriis & Synodis ad conſeſſus Politicos, contra quod uſurpatur inter Romanenſes in Gallia in qua ſolenne eſt provocare à curiis Epiſcopalibus ad curias civiles per appellationes ad abuſum, ut loquuntur : qua in re Pontificii Senatores & Judices in Gallia longè rectius ſentiunt de poteſtate Eccleſiaſtica, quam reformati Paſtores: hi enim credunt, etiam ſub Magiſtratu reformato, appellare ad Magiſtratum de ſententia Synodorum, id eſſe tranſire à regno Chriſti ad regnum Mundi, Altrinſecus illi quatenus ſubjiciunt poteſtatem Eccleſiaſticam civili, illam penè pro nihilo habent.

Verba ſunt ſynodi Lugdunenſis reformatarum Eccleſiarum articulo 28. *De politia civili conſtituere Magiſtratûs eſt, cui omnes parere tenentur, ſed de rebus Eccleſiaſticis paſtorum eſt & Syno-*

dorum. Nam hæc vox est omnium penè reformatorum de clero: & quam concepit vir reverendus frater meus Cyrus Molinæus, Dissertatione de Potestate Ecclesiastica sectione 4. 8. 12. *Deus commisit regimen Ecclesiæ Pastoribus, ut reipublicæ, Magistratibus & Regibus, ac proinde pastorum est disponere de muneribus reipublicæ.* Ibidem *unicum medium hasce duas jurisdictiones conciliandi, & integritatem unius sine alterius dispendio tuendi, est illas totas & illibatas in eodem statu: quo Deus eas instituit relinquere. Magistratui politico rerum civilium, Pastoribus Ecclesiasticarum cognitionem & judicium permittere.*

Eadem loquuntur purioris reformationis vindices in Scotia, qui sibi tantum authoritatis vendicant, ut velint penes se esse rescindere & refigere statuta, & constitutiones civiles, sine ulla intercessione, aut provocatione ad judicem civilem: verba sunt prolata & lata in cônventu Edimburgensi anno 1570.

Nuperus liber cui nomen, *Nephtali Jehovah Scama* affirmat *Ecclesiam donatam*

natam à Deo poteſtate completa, cognoſcendi de negotiis Eccleſiaſticis, ſtatuendi, decernendi abſque appellatione ad Magiſtratum.

Sed ſi quicquam aſtruit futilitatem poteſtatis Eccleſiaſticæ, illud ſanè eſt, quod ejus vindices mille modos, mille diſtinctiones, mille diviſiones cudant quibus ſe tueantur, adverſus everſores iſtius poteſtatis Chimericæ; aiunt dari poteſtatem Eccleſiaſticam, perfectam, imperfectam; propriè dictam, impropriè dictam, internam, externam, intrinſecam, extrinſecam, declarativam, coactivam, privativam, cumulativam, imperativam, exſecutivam, conſtitutivam, auxiliarem, deſtructivam, elicitivam, directivam, authoritativam, objectivam, formalem ratione objecti, & formalem ratione modi illam exercendi. Rogatus Gilleſpy Scotus, quænam eſſet poteſtas Magiſtratûs circa ſacra, & de ea re aliquid ſtatueret, Reſpondit *Conferre Magiſtratum poteſtatem ſuam ad promovendum Chriſti regnum, non perfectè, ſed imperfectè. Pro tanto, non omni modo, ſed more ſuo; non intrinſecè, ſed extrinſecè,*

secè, non primariò, sed secundariò; non directè sed per consequentiam: non sub formalitate scandali, sed sub formalitate criminis.

Non alio, inquam, evidentiori argumento futilitas, fraus & mendacium potestatis Ecclesiasticæ demonstrantur, quam quod ad eam sustinendam tot tibicines, aut potius tot festucas distinctionum, & divisionum, sed revera evasionum adhibeant, muribus similes, qui in intricatis locis, inter scamna & scabella fallunt prensantem, sed in aperto facilè comprehenduntur, aut vulpibus, quæ foveas variis foraminibus pervias fodiunt, ut sint tot effugia. Nam id in more habent Jesuitæ cum suarum Puparum venerationem probant populis adversus Scripturæ & rationis lumina, solentque ad hunc modum confugere ad anchoram effugiorum, ut eludant Protestantium argumenta. Dicunt dari adorationem latriæ, duliæ, hyperduliæ, directam, indirectam, reductivam, analogicam, absolutam, secundum quid: quocirca tam aptè potestas Ecclesiastica, *mysterium* indigitatur

quàm

quàm congruè Athenæus vocavit, illa murium foramina quo se proripiunt, *mysteria.*

Nec imbellis est machina, per quam verberatur, imo diruitur Potestas Ecclesiastica, quod ejus vindices nondum disertè & explicitè definiverint. 1. Quid sit potestas Ecclesiastica? 2. Quid differat, cum à potestate verbi agentis in corda per ministerium Evangelicum, tum ab illa potestate, quæ præest humano ordini, seu externis & ἀδιαφόροις ordinandis. 3. Quid sit Excommunicatio? 4. An eadem sit atque traditio satanæ. 5. An qui in Ecclesia privata præsunt humano ordini debent esse iidem homines, an verò alii ab illis qui vacant verbo & orationi. 6. Quis modus potestatis tribuendus est illis qui præsunt humano ordini, in Ecclesia particulari, tum in nationali. 7. Quis modus potestatis tribuendus est Synodis nationalibus. 8. An jure divino detur Ecclesia nationalis. 9. An jure divino ponendum est tribunal Ecclesiasticum, seu concilium nationale distinctum à politico consessu nationali, quorum illud tam or-

dinet

dinet cum summo imperio res Ecclesiasticas, quam hic res civiles & politicas, & in quibus non detur provocatio ab uno ad alterum. 10. An qui præsunt humano ordini non sunt perinde custodes Evangelii, atque utriusque tabulæ Decalogi. Sanè via est plana & expeditissima eversoribus potestatis Ecclesiasticæ; at impeditissima & senticetis aspera ejusdem assertoribus ad enodendas hasce quæstiones, ut nequeat ab his via complanari, nisi per stratum tessulatum potestate elicitiva, cumulativa, destructiva &c. Nam nec ipsi mystæ sibi constant.: diversis diversa, imo uno homine diversa sentiente, & orsa à se detexente. Exemplo mihi sint Angli Presbyteriani in sua confessione fidei cap. 1. artic. 6. & capite 30. primo loco dicunt in Ecclesia duas potestates se exerere: unam verbi, per quam homines perducuntur ad fidem, & inde ad salutem; alteram quæ communis est omnibus societatibus, per quam de circumstantiis & externis circa cultum & regimen Ecclesiæ statuitur: at posteriori loco dant nobis potestatem mediam, & volunt

lunt regimen Ecclesiasticum circa illa externa distinctum esse à civili seu politico.

Atque hactenus, vir Clarissime, conficitur quam inficeta sit potestas Ecclesiastica, quæ instar cinguli ex corio ductili, elongatur & coarctatur, assumitur & deponitur, pro sua cuique utilitate & prout conducit: quæque ad rationes humanas, non Divinas accomodatur, & cui nulla accedit authoritas, præterquam ab injusta occupatione juris alieni, per mendacia, fraudes & imposturas, non quidem virorum sanctorum, qui eam arripuerunt cæco judicio, & quia sic mos est; sed quorumdam malè animatorum qui cæteros in fraudem illiciunt, specie pacis, pietatis & juris Divini. Cæterum pietate & reverentiâ viri impedior, quominus veteranum illum bellorum Domini Militem Gisbertum, Voetium eruditione & ætate venerandum, qui in me nuper acrius invectus est, ascribam numero illorum, qui potestate suâ Ecclesiastica fucum faciunt, sed eorum, qui præjudiciis excæcati nequeunt se expedire laqueis, nec libe-

rare

rare tyrannidè præjudiciorum & erroris altè imbibiti, ſed qui ſpecie veritatis, & propter antiquitatem ſuam imponit. Vale.

JE n'eu pas ſi toſt achevé mes Lettrés, que je me mis à remuer un amas de vieux imprimez, entre leſquels je jettay la veüe ſur dés ordonnances de Guillaume Prince d'Orange publiées en Flaman en l'An 1583. & traduites en François par Daniel de Niele, Miniſtre de la Parole de Dieu, Paſteur de l'Egliſe Françoiſe de Middlebourgh : En l'An 1599. ces ordonnances, qui ſont de deux feüilles, font voir clairement que l'eſtabliſſement de la Reformation dans lès Provinces, detachées de l'Empire de Philippe Second, n'a pas commencé par la conſtruction d'une collateralité de Juriſdictions & de Tribunaus, de la maniere que Calvin l'eſtablit dans Geneve, & qu'encore qu'on embraſſaſt ſa Reformation, quant à la Doctrine, on ne receut pas pourtant la puiſſance Eccleſiaſtique. La

La matiere de ces ordonnances estoit touchant les Assemblées des Papistes, les Marriages, l'observation du jour du Dimanche, l'interdiction des Livres, des Chansons & des Vers impudiques, les Maisons de débauches; & touchant la regle du Culte, & des mœurs des particuliers. Dans ces Reglements il est parlé d'une maniere bien differente des Ministres, & de leurs Consistoires; & des Estats du Pays: Car le Prince declare qu'à l'esgard de ceux-cy, il ne publie & n'ordonne aucune chose que par leur avis; au lieu qu'il ordonne & commande à ceux-là de prester la main à l'execution de ses ordonnances, comm'il feroit à des Officiers de Justice.

Et c'est de cette maniere que ce grand & sage Prince en a agi depuis l'Année 1572. jusqu'à 1584. (qui fut le tems de son Gouvernement) dans toutes les Provinces Confederées; Et c'est encore de cette maniere, qu'en agirent les Magistrats Reformez, non seulement à Geneve avant que Calvin y eust une demeure fixe, mais aussi dans les Cantons des Suisses: Chez

qui.

qui on ne parla point de puissance Ecclesiastique distincte de la Civile, durant l'espace de vingt ans, comme aussi ces Cantons n'en eurent aucun usage tout le tems de la vie de Calvin, mais seulement lors que sa grande reputation eust gaigné sur les esprits des Ecclesiastiques; & celles-cy sur les esprits des Magistrats, de se conformer à l'institution que Calvin avoit faitte d'abord qu'il arriva à Geneve pour la seconde foix, & d'etablir dans un mesme territoire deux tribunaus independans l'un de l'autre. Les villes imperiales, sur tout Strazbourg, se conformerent à la tablature de Calvin. Le Prince Palatin du Rhin, n'y voulut pas entendre, durant plusieurs années: Erastus en ayant fait voir la vanité & la nullité.

Mais la mort, du Prince d'Orange qui fuit assassiné l'an 1584. & la grande jeunesse du Prince Maurice son fils & son successeur, donnerent belle prise aux Pasteurs, & aux assemblées Ecclesiastiques des pays bas de se former une Puissance, qui alloit du pair avec celle du Magistrat; & on ne pust s'op-

s'oppoſer à la faction de Barnavel, qui eſtoit celle d'Arminius, & qui depoüilloit l'Egliſe de toute authorité, au reglement des affaires de Religion, pour la faire repoſer ſur le Magiſtrat, ſans exalter l'authorité des Paſteurs & celle des ſynodes : dont la juriſdiction Eccleſiaſtique eſtoit autant raiſonnable, & vraye dans l'eſtime du Prince d'Orange, & du menu peuple, que les cinq points en debat leur ſembloient Orthodoxes : comme d'ailleurs les meſmes ne doutoient point, que ceux qui erroient en matiere de foy, n'erraſſent auſſi dans leur entrepriſe de bannir du monde la puiſſance Eccleſiaſtique, & d'en faire une puiſſance chimerique. Car c'eſt pour cette raiſon, & ſur ce pied, que la puiſſance Eccleſiaſtique doit autant lever la teſte dans les Pays bas, que la puiſſance du Magiſtrat dans les choſes ſacrées, & la doctrine des Arminiens doivent eſtre humiliées. Comme ſi la doctrine de Calvin, & la Puiſſance Eccleſiaſtique, devoient aller toujours raiſonnablement de compagnie, & que l'une ne pouvoit eſtre bonne & vraye, à moins

que l'autre ne le fust. En fin il est evident que cette puissance chimerique n'a esté introduite dans les pays bas, que par l'opposition de la doctrine de Calvin à celle d'Arminius, & que si le party de Barnavel n'eust jamais paru, la puissance des Pasteurs & des Synodes, fust demourée bornée comme elle l'estoit du tems du Prince d'Orange. De sorte que voila la Puissance Ecclesiastique baitie sur de faux prejugez, & sur cette fausse maxime, que celuy qui est erronné en un point, comme estoit Arminius au regard des cinq points en debat, le doit aussi estre au regard de son autre sentiment, qui depouille les Pasteurs & les Synodes de l'authorité de regler souverainement les affaires de religion pour en revestir le Magistrat.

En Angleterre on retint la doctrine de Calvin, mais on forma la collateralité de juridictions sur le modele de Rome, excepté qu'on osta de dessus la teste du Pape, la charge de gouverneur en chef de l'Eglise Anglicane, pour la faire reposer sur la teste du Roy ; ce qui estoit en effect reunir

cette

cette collateralité de juridictions. Mais cette collateralité fut retenüe en France parmi nos Eglises, non seulement à l'imitation du modele de Calvin; mais aussi par un pure necessité où on se trouvoit, & qui les empechoit d'evoquer leurs causes aux cours civiles, acause de la contrarieté de religions. Neanmoins les pasteurs tirerent de cette necessité la vertu des clefs, & le pouvoir de lier & de delier, & cette loy perpetuelle, & ce droit pretendu Divin: que les Pasteurs & & les Eglises reccuillies, ou sous un Magistrat contraire à leur religion, ou sous un qui la favorise, devoient se gouverner independemment, ou de l'inspection, ou des commandemens de leur Souverain: car cette necessité dont je parle les a jettez dans ce sentiment, que ce n'est pas le fait, ni le droit des Puissances seculieres, de regler par un jugement souverain, qui est le *Judicium Imperii*, les matieres de religion dans ses Estats: Mais que ce droit apartient aux Pasteurs & aux Synodes. Et voila la puissance Ecclesiastique de nos Eglises, bastie sur des prejugez aussi

faux & aussi mal fondez, que ceux que les Pasteurs & les Synodes en Hollande se sont figurez.

Car c'est là un pur galimatias, & une imagination creuse d'etablir deux juridictions Souveraines collaterales & independantes l'une de l'autre dans un mesme territoire. Musculus s'en moque plaisamment, & dit que c'est s'imaginer un corps à deux testes. Et pourtant les Independans disent assez raisonnablement que presupposant plusieurs familles, & plusieurs Eglises particulieres dans un mesme territoire, il n'y a non plus d'incompatibilité entr' elles, ou avec la paix publique, si celles cy se gouvernent chacune à sa fantasie, que si celles là en font autant. Mais que c'est une chose inconcevable, & une extravagance du pays d'Eutopie d'establir dans un mesme Estat une collateralité de gouvernemens nationaus, & de tribunaus souverains.

Mais je veux icy toucher au doigt une maladie de tous les siecles, & qui n'est pas guerissable, que dans le ames tout à fait degagées des interests mondains,

dains, & depouillées de cette preoccupation, & de cette persuasion, dont ils sont prevenus. Et cette maladie est d'autant plus incurable, qu'elle est hereditaire, parce qu'elle a passé des plus doctes, & des plus eclairez des premiers tems à ceux des derniers, qui ne leur sont point inferieurs, ni en sçavoir, ni en belles lumieres. C'est que ceux qui sont dans une erreur de plusieurs siecles, comme est la religion de Rome, l'opinion d'une Puissance Ecclesiastique distincte de celle du Magistrat, & de la puissance de la parole sur les cœurs, & l'opinion qu'il n'y a point d'Antipodes, croient acause de cette longue prescription estre dans la possession du bon sens, & de la raison: au lieu que si l'opinion touchant ces matieres estoit de nouvelle date, ils là mettroient comme je fai entre les reveries de l'Alcoran:

Car certes, comme je ne doute point qu'un Evesque de Condom, & un Arnauld ne prissent la Transubstantiation, le purgatoire, le culte des images, le service Divin en la langue que le peuple n'entend pas pour des do-

ctrines & des practiques impies & ridicules, ſi elles eſtoient nouvelles; & que d'ailleurs elles ne ſoient aujourd'huy dans leur eſtime des doctrines & des prattiques Divines, excellentes & raiſonnables, pour cette ſeule raiſon qu'elles ont eſté receües depuis pluſieurs ſiecles dans l'Egliſe Romaine : Je croy que l'on doit faire le meſme jugement de tant de grands hommes du party reformé des deux derniers ſiecles, entr' autres de Calvin, Beze Monſieur Diodati, Bochart, Amyraut, Daillé, de Langle, Monſieur Claude, Monſieur de Primeroſe, Monſieur Jurieu (car je ne mets pas de ce nombre Martyr, Bullinger, Muſculus, Vedelius, Rivet) & aſſurer qu'ils ont en grande veneration la puiſſance Eccleſiaſtique, & ſon excommunication acauſe de leur antiquité, & pour avoir commencé des le tems de St. Paul avec le myſtere d'iniquité, & que d'ailleurs ils les prendroient pour des illuſions, & des impoſtures ſi elles eſtoient encore plus nouvelles qu'aucune des doctrines de Rome.

Mais la principale choſe que j'ay eu en

veüe

vcüe, dans celle que j'ay jettée sur ces ordonnances du Prince d'Orange, c'est qu'elles sont une confirmation bien expresse des propositions de Maccovius sur tout de la troisieme, & font voir clairement.

1. Que la Puissance Ecclesiastique des Pasteurs & des Anciens assemblez en consistoires, Colloques & Synodes, est une puissance chimerique, tant pour estre nommée Ecclesiastique, que parce que ce n'est une juridiction que de nom, à moins que leurs declarations ne recoivent leur force & vigueur des ordonnances de la puissance seculiere.

2. Que leurs canons ou reglemens ne sont que de pures & de simples declarations de sentiment, des conseils & des avis, avant qu'ils ayent receu la force, & la sanction de loix & d'ordonnances, par celle du soverain Magistrat.

3. Que le Souverain, n'est, ni ne se tient pas obligé de ratifier, bien moins de suivre leurs jugemens, par un jugemens aveugle, & sans avoir la liberté, ou de les examiner, ou de les changer, ou

ou meſme de n'y avoir aucun egard.

4. Que là où il s'agit d'etablir une diſcipline Eccleſiaſtique dans une nation entiere, d'en commander la prattique, & apres qu'elle eſt etablie, de la caſſer, d'en changer, alterer, ou corriger les inconveniens, les erreurs, & les abus : d'infliger des peines & des cenſures Eccleſiaſtiques à ceux qui y contreviennent : le Magiſtrat n'eſt, ni ne ſe tient point obligé de ſuivre ou meſme de prendre l'avis, ou des Miniſtres de l'Evangile, ou meſme des Conſiſtoires.

5. Que dans les ordonnances qu'il fait touchant des matieres purement Eccleſiaſtiques, il ne conſidere pas les Synodes, ni les conſiſtoires, ni meſme les Miniſtres & Paſteurs des Egliſes, que comme des exſecuteurs de ſes commandemens.

Ces conſiderations qui detruiſent la Puiſſance Eccleſiaſtique, ou du moins qui ranverſent un tribunal dans l'Egliſe independamment du Magiſtrat en vertu des clefs miſes entre les mains des Miniſtres de la parole de Dieu, & non entre celles du Magiſtrat, ſont d'une

d'une verité si incontestable, que mesme les plus rigides defenseurs de cette puissance Ecclesiastique sont contrains d'en enerver toute la force. C'est ce qui paroît par le discours que Monsieur Jurieu me tint il n'y a pas long tems.

Je vous envoye le receuil des actes solennels, qui se sont faits de ma part en mes inaugurations & promotions. Vous y trouverez entr' autres une dispute de potestate Clavium: *la matiere m'en a esté donnée par l'Academie, apparamment afin que je fisse voir, quel estoit mon sentiment, & que je me purgeasse du soupcon, qu'on auroit pû avoir qu'estant vostre neveu, je n'eusse vos opinions. C'est pourquoy je n'ay pas pû m'empecher de me declarer la dessus: Cependant je l'ay fait sobrement, modestement, & mesme en vous suivant, autant qu'il m'a esté possible. Car comme vous je mets le principal usage des clefs,* In administratione verbi & sacramentorum, *Et je ne m'oppose point à ce qu'on face la Juridiction Ecclesiastique subordonnée à la civile, dans les lieux, où le Magistrat est non seulement Chrestien, mais entierement Orthodoxe.* Il

Il n'eſtoit pas neceſſaire, qu'il ſe purgeaſt envers ceux de ſon Academie, pour la raiſon qu'il allegue : car au contraire cette parenté de neveu, frere & couſin, leur devoit eſtre un fort prejugé qu'il n'eſtoit pas de mes ſentimens. Au reſte Monſieur je vous laiſſe à faire un commentaire, & des reflexions ſur ce diſcours, où ſans doute vous comprendrez qu'il fait les trois quarts du chemin vers mes hypotheſes, & vous y remarquerez l'accompliſſement de la prediction de voſtre bon ami Monſieur de Vauquelin, *Tandem tua cauſa triumphabit.*

TRiumphabit ſanè ad caſum Poteſtatis Eccleſiaſticæ. Nam illa erit nomine tenus poteſtas, ligandi & ſolvendi, hoc eſt excommunicatione innodandi & abſolutione enodandi, quæ pro conditione temporum & Magiſtratuum ſub quibus paſtores vivunt, naturam mutat : nam poteſtatis maritalis, Paternæ, par & idem jus eſt Divinum, ubicunque locorum, & ſub quo-

quocunque demum Magiſtratu ſeu Chriſtiano, ſeu Ethnico, ſeu Pontificio, ſeu Reformato. At non ſic de Poteſtate Eccleſiaſtica; cujus cenſuræ ſub Magiſtratu infenſo ſunt in cælis ratæ, at ſub amico & Orthodoxo non ulterius quam quatenus ab eo probantur: ſed an mancipatus Satanæ per excommunicationem, poteſt ſolvi à Magiſtratu, à quo abjudicatur poteſtas ligandi & ſolvendi.

Sed ſi ratio rectè putatur, par validitas cenſurarum Eccleſiaſticarum ſub Magiſtratu, ſeu infenſo & heterodoxo, ſeu amico & orthodoxo. Utrobique etiam viget vera poteſtas ligandi & ſolvendi, nec vultum mutat aut naturam pro ratione Magiſtratuum locorum & temporum: nam ubi lex & Magiſtratus deficiunt, eorum locum ſupplet diſciplina confœderata, ut nullus ſit locus poteſtati Eccleſiaſticæ; nec opus ſit in uſu poteſtatis alicujus retinendæ in Eccleſia & exerendæ, recurrere ſub Magiſtratu infenſo ad claves regni cælorum & poteſtatem ligandi & ſolvendi, at ſub amico, ad civilem: quo nihil abſurdius fingi poteſt. Certè

Certè poteſtas illa, ſeu clavium, ſeu ligandi & ſolvendi, ſi ad regimen externum extendi debet, quod tamen non credo: non alio modo ſe exercebat Sedani ſub Principe Bullionæo Orthodoxo & amico, atque ſub Rege: utrobique vigebat in Eccleſia Sedanenſi Magiſtratura, vel confœderata & aſſumpta per communem conſenſum ſub Rege, vel delegata à Principe Sedanenſi.

VOus pouvez auſſi remarquer, Mr. que ce n'eſt pas faute d'Eſprit ni de ſcavoir en ce profeſſeur de Sedan, non plus qu'en Mr. de la Baſtide dans ſes priſes avec l'Eveſque de Condom, & dans la défenſe qu'il a entrepriſe, d'un tribunal Ecclésiaſtique parmi nos Egliſes par un droit Divin, ce n'eſt pas, diſ-je, faute ou d'eſprit ou de ſcavoir, ni en Mr. de la Baſtide, ni en Mr. Jurieu, qu'ils ſe ſervent des meſmes deſſaites, plûtoſt que de ne rien dire en faveur de leur puiſſance chimérique, mais c'eſt un défaut de bonne cauſe. Je

je rends graces à Dieu que depuis 20 ans, que je traitte de ces matiéres, j'ay toûjours rendu le mal pour le bien : Je n'ay parlé de ceux qui m'estoient contraires qu'avec tout respect & honneur ; au lieu, que la plûpart d'entr' eux, ou m'ont dit des injures, ou m'ont mis entre les déraisonnables. Je n'use point de deffaites, & je ne mets point en œuvre des illusions de distinctions de puissance élicitive, cumulative, destructive, auxiliaire. Je n'impute à personne des opinions qu'il ne croit pas, de la maniére qu'on m'a toûjours traitté, & dont le grand Mr. Claude ne se peut entiérement excuser : comme lors qu'il m'accuse de mettre entre les mains du Magistrat, les clefs du royaume des cieux : la vérité que je soûttien ressemble à un cube, elle ne peut estre renversée, & on ne peut empécher qu'elle n'ait une assiette ferme. Mes hypothéses touchant les clefs, la puissance de lier, & de délier, celle des Pasteurs & des Synodes : la nature de l'Eglise, & de l'ordination sont claires, nues ; elles n'ont point de détours : Elles sont toûjours les mes-

mes, & ne changent point selon les tems, les lieux & les Magistrats, sous lesquels les Eglises sont recueillies, & elles attaquent Rome, son Pape, son Eglise & sa Religion, bien autrement vigoureusement, que ne fait la voye que nos docteurs ont prise, depuis 150 ans, le chemin que je prens est incomparablement plus court, & plus efficace, parce que comme je renferme toutes les controverses entre Rome, & nous dans ma sixiéme maxime, que vous pourrez lire dans la Lettre que j'ecris à Monsieur Merlat, & qui n'est que de quattre ou cinq lignes, tout ce que nos docteurs auront à faire à l'avenir sera, non de la refuter, car elle est tres-vraye, mais d'en faire voir, & comprendre la vérité aux Rois, & aux Magistrats; certes si Dieu mettoit au cœur de nos Docteurs d'insister sur cette maxime, Ils verroient bien-tost la fin de l'Eglise Romaine, & conséquemment la fin de toutes nos controverses.

Aussi ce que j'avance, ou touchant les grandes utilitez, que l'absence de la puissance Ecclésiastique, ou touchant

les grands maux que ſa preſence appor-
te au monde, n'eſt pas conteſtable par
ceux qui ſe ſont donnez la liberté du
raiſonnement : Car ce ſont-là des
ſuites naturelles de ſa preſence, qu'elle
a introduit, non ſeulement le Pape,
mais auſſi l'infaillibilité, ou un tribunal
infaillible, & de plus l'obligation des
peuples de s'y ſoûmettre, ou du moins
elle rend l'erreur, & la faute plus par-
donnable de ſe ſoûmettre à un tribunal
infaillible, qu'à celuy qui eſt faillible.
Au lieu que la preſence d'une puiſſance,
ou d'un tribunal Ecclé ſiaſtique ſujet à
erreur, de la maniére que Mr. de la Ba-
ſtide en a entrepris la défenſe, ne con-
damne pas ſeulement la ſoûmiſſion des
peuples à un tel tribunal, mais auſſi
l'authorité qu'il s'attribue de lancer
les meſmes anathémes, & cenſures Ec-
cléſiaſtiques, que feroit un tribunal in-
faillible, l'uſage d'une puiſſance Eccle-
ſiaſtique, dans quelque Egliſe que ce ſoit
eſt pernicieus : mais il eſt plus rai-
ſonnable, & mieux ajuſté de la maniére
que Rome s'y prend, que ſelon la prat-
tique de nos Egliſes.

En-fin je me puis glorifier, comme

T 2 St.


St. Paul dans le 24 des Actes v. 20 & 21, que dans toute ma conduite, je ne puis estre trouvé coûpable, de quoy que ce soit : si ce n'est qu'on me veille faire un crime (comme on luy en vouloit faire, un, de la parole qu'il avoit prononcée hautement ; mais qui en effect n'estoit pas un crime) de ce que j'ay dit à Mr. Claude, que dans la maniére de célébrer la Sainte Céne le Ministre devroit plutost dire, qu'il excommunie au nom de Jehan Calvin, qu'au nom de Jésus-Christ.

Mais c'est assez de ces matiéres que Mr. Jurieu pourra dire, s'il prend la peine de les lire, que je rebats cent & cent foix : quoy que luy, ni autre ne soient pas capables de combattre mes hypothéses une seule fois.

Je prie Dieu, Mr., qu'il vous donne longue & heureuse vie, pour l'avancement de sa gloire, & pour la guérison des préjugez de vos Pasteurs. Je suis,

Vostre tres-humble & tres-obéissant Serviteur

Loüis du Moulin.



Nobilissimo & Amplissimo Viro, D. Johanni Dupanio Reipublicæ Genevensis Primario Exconsuli, S.

QUod penè ex ultima Thule prodiens, tot spatia marium & terrarum trajiciam ut ad lacum Lemanum perveniam, & Ego, qui sum homo privatæ sortis compellem Virum Principem, publicam stationem sustinentem, & primi ordinis inter Senatores Genevenses, tum florentem fortunâ & magna authoritate pollentem, ne sapientiam tuam, prudentiam & eruditionem in utroque jure, Divino & humano ponam inter illa fortunæ missilia: effecit fama tuæ humanitatis, & obviæ ac expositæ comitatis ex relatu, mihi

mihi unicè reverendi Viri Petri Mussardi, Effecit inquam, ut in spem venirem futurum, ut ego, qui ubique in Orbe Christiano, mihi parare conor Patronos, & vindices sententiæ meæ, & novæ Rationis, Te inter illos sistam & habeam meum pariter Patronum & Vindicem.

Cum ergo, secundum opus promovendi salutem propriam id maximè incumberet totos hosce viginti annos, debellare Papam, per novam, nec hactenus à quoquam tritam viam & rationem. Imprimis operam dedi per *Parænesim* meam editam, cum Oxoniæ defungerer publica Professione historiarum; & ab eo tempore per meum *Jugulum Causæ*, ut hæcce quatuor subjicerem cognitioni bonorum & doctorum.

1. Potestatem Ecclesiasticam, quam volunt esse mediam inter Potestatem Verbi in corda agentis, & Potestatem Magistratûs, esse merum figmentum humanum, tum abhorrere à sacra Scriptura & ratione.

2. Per illam Potestatem Ecclesiasticam à Protestantibus & Pontificiis juxta

ta retentam, imo mordicus, quaſi pro aris & focis defenſam, introductam fuiſſe in Orbem Chriſtianum, imo reformatum, vel Papalem, vel cum Papali paria facientem Poteſtatem.

3. Non ſperandum, imo non expectandum eſſe, ut per aliam viam & rationem Papà ruat, & unà totum Syſtema Romanenſe, Eccleſiæ, religionis & hierarchiæ, eadem ruinâ cadat, quam per ruinam Poteſtatis Eccleſiaſticæ, quâ faſcinantur hominum mentes, quamque ruinam, noſtri Paſtores & Doctores, quatenus ſunt iſtius poteſtatis, non ſolùm dicam chimericæ, ſed & perniciosiſſimæ retinentiſſimi, morantur, imo inhibent.

4. Ac proinde Noſtros Paſtores Theologos, Doctores & Profeſſores jam ſeſquiſeculum, operam & oleum perdidiſſe & etiamnum hodie perdere in confutandis ſingulis, & κατὰ λεπτὸν doctrinis fidei, (ut ſunt Tranſubſtantiatio, Purgatorium) de quibus lis eſt inter Proteſtantes & Pontificios, quarum, nec unius, nec omnium conjunctim, ruina, nec Jugulum Cauſæ petit, nec ejus arcem invadit.

Cum

Cum que non ita pridem prodiisset Expositio Catholicæ Fidei authore Episcopo Condomensi, & paulò post ejus discussio ab Illustri Adversario Marco Antonio Bastidio. Tu commodum Vir Amplissime & Consultissime, ad cujus notitiam & amicitiam fores aperuit, Tuus & idem meus Mussardus, venisti in mentem apud quem sensa mea de hujus & illius Scriptione deponerem; & quæ ad tempus clausa diu tenui alternis sententiis pendulus inter timorem offensionis & studium veritatis patefaciendæ, palam facerem, circa supremam illam authoritatem, quam Condomensis quidem, inter Pontificios, Bastidius verò inter Reformatos, optimo consilio & subacta prudentiâ constitutam fuisse, affirmant in Gallia, distinctam à civili: tum sapienter hîc & illic erecta fuisse tribunalia Ecclesiastica, ut præstructim ascensus fieret ab infimo ad summum perinde Ecclesiasticum; cui æquum sit etiam in negotio Fidei, cujusvis fortis homines, sed Christianos & Consessus Ecclesiasticos inferiores se subjicere & se morigeros præstare, sub pœna sub

eun-

eundæ Ecclesiasticæ censuræ, ut sunt exauctoratio, suspensio, Excommunicatio & Traditio Satanæ: quæ quidem dum affirmat ille Præsul factitari apud nostros, nihil nobis affingit: quicquid pertendat Bastidius pro sua charitate, quâ flagrat erga sanctissimam hominum Nationem, ut est Reformatorum in Gallia, dum praxim illam Judiciorum & tribunalium per omnia geminam, licet nolens nec opinans, cum Romanensi facit, & aliquo boni, justi & æqui colore inducere conatur.

Verùm utrobique errari puto, (ut fusius doceo in prima mea Epistola ad celeberrimum virum Johannem Claudium) & apud Reformatos, & in Romana Ecclesia, circa tribunalium Ecclesiasticorum constitutionem & supremam illam authoritatem Ecclesiasticam, quam Episcopus Condomensis, tum Arnaldus sorbonista, ut & nostri Reformati, tantopere venditant, & sic necessariam censent, ut absque illis tribunalibus, ratio constare nequeat aut fidei, aut disciplinæ. Errari inquam, & utrobique, cum apud Roma-

mancnses, tum apud nostros constitui vel Papam, vel Papale tribunal, saltem erigi tribunal Regium, merè politicum & civile, hoc est regnum in regno, censeo; & quod ideo tam nomine tenus dicitur Ecclesiasticum, quam iniquè censuras infligit Ecclesiasticas, quæ sunt alieni fori: qua in re nostri, & Romanenses juxta errant ignoratione, & inscitiâ circa naturam, & definitionem Ecclesiæ, & circa authoritatem datam aut concreditam à Jesu Christo, cum Ecclesiæ, tum Pastoribus Ecclesiæ, ut aliquot corollariis palam faciam.

1, Unaquaque Ecclesia particularis, est primarium subjectum de jure Divino perpetuo, omnis potestatis & disciplinæ retinendæ in orbe Christiano, ad quam nec ad aliam seu Nationalem, seu Provincialem, tenentur omnes qui dederunt nomen Christo, se aggregare, & ad quam solam pertinet potestas eligendi & ordinandi, & munere suo exuendi suos Pastores; sed suos, non alienos, de disciplina statuendi, decidendi, & componendi lites & controversias subortas intra suos

parietes; aſſumendi in ſuum gregem, aut ab eo quos lubet arcendi, ſine provocatione ad Synodum quamcumque.

2. Cæteras notiones & acceptiones Eccleſiæ, ut Nationalis & Provincialis, cum ſingulæ Eccleſiæ particulares intra territorium aut regnum aliquod ad mutuam ſui conſervationem, & ad modum liberarum civitatum in Achaia, in Belgio, & inter Helvetios colliguntur, & in unam regiminis formam concedunt, coeunt, & in unum corpus adunantur, non eſſe juris Divini, ſed humani & arbitrarii, nec pertinere ad formalem rationem Eccleſiæ. Ac proinde iniquè & perperam infligi & decerni cenſuras Eccleſiaſticas à Synodo, ſeu tribunali, quòd nullam habet formalem rationem Eccleſiæ, ſed eſt merè cœtus politicus.

3. Eccleſias ſic colligatas, conficere unum corpus politicum, cujus rectores non habent rationem Paſtorum, ſed res ſuas habent per juriſdictionem ejuſdem naturæ cum illa poteſtate quâ induuntur qui ſedent ad clavum Reipublicæ,

4. Ejusmodi confœderationem admitti posse citra violationem juris Divini, modo nihil inde decedat de privilegiis & libertatibus Ecclesiarum particularium, nec infringantur jura collata à J Christo uni cuique Ecclesiæ particulari, nec fides, nec disciplina invitis obtrudantur.

5. Quod quidem fieret, si inter illas Ecclesias uno confœderationis vinculo sic colligatas, tribunal Ecclesiasticum supremum erigeretur, cujus dictatis & legibus, in fidei & disciplinæ negotio, tenerentur parere singuli cætus & homines sub pœna excommunicationis, quemadmodum sancit disciplina nostrarum Ecclesiarum, *Capit.* 5. *Artic.* 31. *titul. de Consistoriis.*

6. Eoque gravioribus incommodis urgeretur ejusmodi tribunal, si ubi diversitas religionis non obstat, non daretur provocatio ad summum Magistratum, seu ad curias civiles.

7. Sed grande crimen foret jurisque alieni vendicatio & occupatio, si in territorio Magistratûs, seu amici, seu infensi, distinctum & independens erigeretur

geretur ejusmodi tribunal Ecclesiasticam supremum, nationale, virtute clavium & potestatis ligandi & solvendi.

8. Namque ejusmodi tribunal planè analogum esset Papali, quod Episcopus Romanus sibi struxit in imperio alieno in Reges & Nationes, quodque Episcopus Condomensis graphicè exscribit in sua expositione fidei Catholicæ, sed perindè iniquum inter Reformatos, atque inter Romanenses, nisi quod iniquius videatur se subjicere cæca mente; & absque examine causæ, judicio errori obnoxio, quam illi quod Romanenses ἀνυπεύθυνον censent: minus tamen iniquius, in eo quod Protestantes, non aliud tribunal infallibile admittant præter scripturam sacram.

In eo tamen culpandi quod tribunal erigant perinde Ecclesiasticum ac Romanense: quod si non ἀναμαρτησίαν, saltem Papam, Papalem tyrannidem in corpora & conscientias, tum inquisitionem Hispanicam & Lernam malorum intulit; imprimis sævitiam in hæreticos, & in sentientes non tam prava quam diversa, cujus quidem sæ-

vitiæ in puniendis hæreticis, si quæ supersunt vestigia inter Protestantes, id imputari debent suo Ecclesiastico tribunali.

9. Porro iniquitas ejusmodi tribunalis Reformatarum Ecclesiarum, in eo stat & consistit, non quod res suas habeant, tractent & dispungant citra appellationem ad curias civiles, quandiu non est sperandum æquum judicium causæ apud infensos judices, & abhorrentes à religione reformata, sed quod sit constans sententia Pastorum reformatorum in Gallia, non convenire cum jure Divino, ut à tribunalibus Ecclesiasticis fiat appellatio ad politica & civilia, seu infensa, seu amica religioni Protestantium, qua in re sententia Pastorum reformatorum in Gallia, magis redolet Papismum quam quod vulgò creditur & factitatur à vindicibus libertatum Gallicanæ Ecclesiæ, licet Pontificiis: ut qui volunt fieri provocationem à curiis Ecclesiasticis, & decretis Papæ, ad tribunalia Regia & Civilia: quod tamen non paterentur Pastores nostri in Gallia, etiam libera facta potestate provocandi

ad

ad feculares judices suæ Religioni faventes: nec immeritò; nam illa provocatio à Synodis ad curias civiles, quatenus subjicit. Jurisdictionem Ecclesiasticam Civili, eatenus dicit illam jurisdictionem nomine tenus esse Ecclesiasticam, cujus supremum tribunal est politicum.

10. In eo etiam iniquitas ejusmodi tribunalium se prodit, quod non solùm, ut dixi, se tueantur ad eorum constitutionem jure Divino, & potestate ligandi & solvendi, quam Ecclesiasticam & spiritualem aiunt & vocant, & habent seorsim à potestate aut magistratûs, aut vindicum disciplinæ confœderatæ, sed & retineant separatim à potestate Verbi, ad quam solam pertinent claves regni Cælorum & potestas ligandi & solvendi, cum tamen affirment per virtutem & potestatem illam verbi divini quæ transfert à tenebris ad lucem, & à potestate satanæ ad Deum, & peccatores compedibus & vinculis peccati solvit: cum tamen, inquam, affirment per eam immorigeros traditione satanæ, excommunicatione, suspensione, exauthoratione

& expulsione ab omni cætu Ecclesiastico, plecti, authoritate & jussu istius tribunalis Ecclesiastici.

II. Inde etiam liquet potestatem illam Ecclesiasticam, esse non solum iniquam, sed & merum figmentum. 1. Quod tantum abest ut Dominus Jesus contulerit potestatem ligandi & solvendi Ecclesiæ, aut Nationali, aut Provinciali, eique commiserit claves regni cælorum, ut nequidem, nec has commiserit, nec illam contulerit in Ecclesiam particularem, nisi nomine Ecclesiæ, soli Pastores intelligantur: nec illi in cœtum allecti cum primoribus Ecclesiæ ad res ordinandas quæ sunt de jure naturali divino, vel de jure societatis, sed cum pro suggestu concionantur & prædicant Evangelium, aut in mensa, divina symbola distribuunt. 2. Quod potestas illa verbi, & illæ claves non administrari nec tractari possint ab ullo cœtu hominum seu Ecclesiastico, seu Civili, aut Provinciali, sed à solis verbi divini ministris, & administris, nec nisi intra parietes Ecclesiæ particularis. 3. Quod abhorret ab omni scrip-

ſcriptura ſacra, tum ab omni ratione, ut detur in mundo ejuſmodi poteſtas Eccleſiaſtica; multò magis abhorret, ut poteſtas ligandi & ſolvendi, & claves regni Cælorum pertineant ad illam poteſtatem futilem & Chimericam.

12. Quocirca prudenter Amyraldus, illam iniquitatem, aut ſuſtulit à tribunalibus Eccleſiaſticis, aut mollivit, dum non admittit tribunalia Eccleſiaſtica exſcribi ad formam, typum, & modum ſupremarum curiarum civilium, quarum modus aut Imperii aſſumpti, aut obſequii imperati, non pendet à voluntate tribunalium inferiorum & ſubalternorum. Nam diſputatione de authoritate Conciliorum theſi 28 dicit, *Inſtitutum illud eſſe pulcherrimum & ſaluberrimum, quando Conciliorum decreta ſubjiciuntur judicio particularium ſynodorum nationalium, aut particularium Eccleſiarum: extra quod temporamentum, omnis diſciplina Eccleſiaſtica, & ordo degenerant in tyrannidem.* Qua in re Independentes Amyraldo concinunt, ut qui non re-

 pudiant

pudiant synodorum usum, nec se subjicere eorum decretis recusant, dummodò ab illis fiat provocatio ad Ecclesias particulares, juxta temperamentum propositum ab Amyraldo, & quod maximè probat Reverendus Baxterus, & comprobat authoritate summi viri Jacobi Usserii, ut fusius doceo in meo Patrono bonæ fidei Epistolâ, pag. 75. Profectò non alia gens inter Christianos proprius accedit ad doctrinam, disciplinam & vitam Apostolicam. Credunt enim Independentes, vel si Synodi omnes essent erroris expertes, non aliter debere suos canones concipere quam *per modum consilii*, ut loquitur prima synodus quæ fuit Apostolorum Act 15. *Si quæ à nobis lata sunt decreta observatis, benè feceritis.* Nisi de illis Synodis fiant cœtus politici, aut accedat authoritas Magistratûs, extra quam, rectè affirmant Synodorum decreta merè esse consilia, hortationes, & animi declarationes, ut fuit decretum Concilii Carthaginensis anno 402. (Barlaam de Papæ Primatu cap. 24.). *Decretum est ut scriberetur sancto Innocentio, circa discordiam inter*

inter Ecclesiam Alexandrinam & Romanam, ut inter se pacem colant quam jubet Dominus. Ut jam iniquè nostri congregationales vapulent à Synodo Carentonensi anno 1645. Nec non à magno viro Joanne Dallæo part. 2. pag. 127. libri in Adamum Jesuitam, & in transfugam Cottiby; ut secta inaudita Patribus & toti antiquitati, tum infensa omni bono ordini, & cui si fides esset apud orbis Dominos, Divina humanis, sacra profanis sursum deorsum permistura, & dominationes & Imperia eversura.

Sanè Independentes rectissimè omnium Christianorum qui abeunt ab Ecclesia Romana, sentiunt circa naturam Ecclesiæ, potestatis clavium, ordinationis, schismatis, item circa potestatem Ecclesiæ, Pastorum, Synodorum, & de Antichristo, & in hisce proximè accedunt ad δόξας, & sententiam Clarissimorum virorum, Mestrezatii, Riveti, Claudii, Mussardi, Pajoni, Merlati, qui nullam Ecclesiam visibilem de jure Divino admittunt in terris præter particularem, & qualem modò exscripsi, nullamque legitimam

mam ordinationem, nisi quæ in Ecclesia particulari, & ab Ecclesia particulari confertur.

Cæterum Episcopus ille maximæ celebritatis, tum inter suos Romanenses, propter suam eruditionem & eloquentiam, tum inter nostros reformatos propter suum eximium candorem, aliud agens nec opinans laudat & probat Independentium formam regiminis, ut pote pariter adversam regimini horum & illorum, quod quidem eatenus facit, quatenus affirmat, eodem & perinde bono consilio, necessariam, justam, & æquam arreptam fuisse judiciorum formam à Reformatis atque à Romanensibus. Sed quam perinde bonam æquam & justam judiciorum formam apud hos, atque apud illos constitutam fuisse pronunciat, ego contra pronuncio perinde iniquè habitam & retentam fuisse apud hos atque apud illos, tum in Ecclesiam reformatam per potestatem Ecclesiasticam, introductam fuisse potestatem cum Papali paria facientem: ut jam nulla sit spes futurum ut Ecclesiæ nostræ ad summum apicem, & culmen

re-

reformationis assurgant, priusquam propius accedant ad formam regiminis in usu apud congregationales nostros, adeoque quicquid remanet fibrarum de radicibus mysterii iniquitatis extirpent hoc est priusquam, non quidem abusus, sed usus potestatis Ecclesiasticæ in totum è nostris Ecclesiis eliminetur. Per quam potestatem tam scio populos, clerum Romanensem, imprimis mundi dominos qui sunt in communione Romanensi arctè Papæ alligatos esse, quàm scio neminem devinciri Christo quàm fide & charitate.

Quocirca tibi, vir consultissime & clarissime, enitendum est, ut tuâ maximè opera, tuo consilio, imo molimine & authoritate, quâ plurimum vales Genevæ, propter tuam insignem in utroque jure divino & humano eruditionem, junctam cum summa probitate, & in Deum pietate, Urbs quæ est fons & origo purioris reformationis, & quæ, proh dolor! parens est potestatis Ecclesiasticæ, unde in totam Galliam, Angliam, Scotiam, Germaniam, Belgium, Helvetiam, Hungariam, Transylvaniam, imo totum orbem

bem reformatum exundavit, itidem prima deponat usum istius potestatis, non dicam Chimericæ, sed & perniciosæ; à qua urbe & Ecclesia, exemplum capiant cæteræ Ecclesiæ, seque exolvant hacce fraude, & hocce mendacio. Atque ut huic operi alacrius & acrius incumbas, lubet ob oculos tuos ponere naturam mysterii iniquitatis; Et quod planè imbibi, nondum planè è vestra urbe extirpatum esse, & tamdiu ibi moram facturum, quoad inde pellatur Potestas Ecclesiastica, seu tribunal Ecclesiasticum distinctum à civili, quoadque hoc & illud, tum Ecclesia vestra & respublica in unum corpus coalescant, quod una authoritate uno consilio, & ab iisdem viris, cum sacri, tum civilis ordinis animetur & regatur. Nam illud duplex tribunal quod ad remedium malo fuit adhibitum à Constantino Magno, cum Christianismus esset ædificandus in Paganismo, & nunc adhibetur inter reformatos sub Rege minus favorabili nostris; planè sub magistratu amico, & reformato ut est Genevensis, non solum inutile & insuetum esset, sed & per-

perniciosum & pugnans cum θεοκρατίᾳ Judaica, in qua unus legislator, unus Judex, una lex obtinuit, certè per hocce duplex tribunal intravit Papa in mundum, & mysterium iniquitatis impletum hoc est incœptum, auctum & ad summum culmen perductum fuit.

Cum ergò sanctus Paulus affirmet, & Mysterio & Iniquitate defectionem à veritate, & sanctitate doctrinæ, & vitæ perfici, statuendum est id factum *iniquitate* seu Imperio Papali, terreno, divitiis, pompâ, & robore magnifico, quod per injustam occupationem, Imperatoribus Occidentis ereptum, sibi Papa struxit in Reges & populos: *Mysterio* verò, quando Papa illud imperium terrenum incrustavit tectorio vocabulorum *Papæ*, *Episcopi*, *Sanctitatis*, *& potestatis Ecclesiasticæ & Spiritualis*. Et sub hoc fuco & mangonio hactenus illusit, & insultavit capitibus Regum & Mundi Dynastarum, quamquam non opinantibus, imo hanc injuriam pro beneficio & honore computantibus. Nam eatenus potissimum iniquitas fucata est mysterio quod non

non dispalescat, imo probetur & ametur à terrarum Dominis, qui in Papæ nomen juraverunt, haud absimiles avibus cavea inclusis, quæ ex suis Clathris emissæ, suum ergastalum aperto aeri & libertati præferunt.

Cum inquam Sanctus Paulus *Iniquitate & Mysterio*, defectionem quam ominatur futuram, complexus fuerit, lubet hic tuis oculis subjicere & exponere, & qua ratione & quot modis, Mysterium illud iniquitatis sic potuerit suis incantamentis & illusionibus retinere hactenus triplex genus hominum mancipio, & in servitio Papæ, ut nec suam servitutem sentirent, neque se in libertatem asserere cuperent: namque triplici nodo, triplex cuneus affigi debuit à mysterii Iniquitatis fabris.

1. Unus quidem terrarum Monarchis.

2. Alter nationi virorum Ecclesiasticorum.

3. Tertius populis & subditis de gente laica, per quos Papa hos & illos adamantinis vinculis sibi astrictos, & devinctos attinet, non verò per amorem

rem & reverentiam, aut cultûs Romanensis, aut veritatis & sanctitatis, quam Reges, clerus, & populi credant inesse religioni & doctrinis Romanensibus.

1. Populus retinendus fuit & conciliandus, non ullo emolumento, quod in ipsius rationes redundet, cum contrà à Papa & Clero pecuniis emungatur, sed aut terrore aut amore imperii florentis, pompâ, auro, & Margaritis fulgentis: nam his artibus, hoc fulgore, hacce pompa, sibi devincit Papa turbam pullatam, inertem & ignaram, qualis plerumque est plebs & gens laica, quæ vel omne ignotum habet pro magnifico, vel pene divinum credit quicquid in alto fastigio est positum, ac fortuitis & fortunæ missilibus dives est: at miserum, fatuum, & plumbeum censet Calvinistam, qui per viam factus est obviam, quod repudiat Transubstantiationem, aut Purgatorium, Indulgentiasve Papales, quibus authoritas & gratia conciliatur ab illo Imperio Papali, Majestate, & fulgore coruscante.

2. Clerus verò in partem prædæ

torio se prædicat, suo imperio terreno in quo (ut gloriantur pueri suis crepundiis, & rudibus gladiatoriis deauratis) tam jactat suum imperium ἀνυπεύθυνον, & nulli præterquam Deo reddendis rationibus obnoxium, quam Papæ placet suum quoque imperium ἀνυπεύθυνον in eodem territorio, sed Ecclesiasticum & Spirituale: licet larvâ illâ vocabulorum *Ecclesiastici & Spiritualis* detractâ, plane æquas partes, si non priores in eodem & imperio, & territorio, Papa se prodat habere cum ipso Principe, hic verò revera precariò duntaxat regnare. Sæpè miratus sum quod Reges id maximè accurent ut sit Papa in mundo, atque ei constet sua authoritas, cum si Papæ soluta esset optio, nullus Rex esset in mundo.

Atque per hæc firmiter credo, triplicem illum esse cuneum, qui arctè Reges, clerum, & populos affigit Papæ, ut, quamdiu vel commoda humana collata ad rationes præponderabunt, vel illusiones aut Imperii Papalis fulgore suo oculos fatuorum perstringentis, aut vocabulorum Eccle-

siastici & Spiritualis non intelliguntur, non sit sperandum ut etiam illi qui sequius de religione Romana sentiunt in plerisque ejus capitibus, se à Papa divellant, quoad illo errore altè radicato exolvantur mentes, nempe mundum Christianorum regi debere per duplicem potestatem alteram civilem, alteram Ecclesiasticam, cui præsint Christianorum Antistites, ut illi mundi Monarchæ. Nam inter reformatos ut plurimum caligant oculi ad ejusmodi illusiones, minus homines de gente laica, minime omnium viri Senatoriæ dignitatis, ut est Dupanius: tum abducti suo genere vitæ, à sua cuique utilitate, ut sunt Philosophi, Medici, quorum nonnullos videas invicto adversus mundana delinimenta animo, nec hebescentibus oculis mentis ad incantamenta vocabulorum, omnia illa lenocinia, honestâ & Christianâ superbiâ conculcare.

In hoc etiam triplici cuneo, stat formalis ratio Papismi seu Mysterii iniquitatis: nam is non est Papista, qui firmiter credit & admittit Transubstantiationem, sacrificium Missæ, Purgato-

gatorium, cultum imaginum & ſanctorum, & cætera religionis Romanæ deliramenta; ſed qui credit, recipit, & retinet in Eccleſia, vel Papam, vel poteſtatem Papali conſimilem, ut eſt Poteſtas Eccleſiaſtica, quæ eſt purus putus Papiſmus (etiam ipſo Papa non comparente in orbe Chriſtiano, nec alligato ad illam poteſtatem Eccleſiaſticam) & qui obtinuit à tempore ſancti Pauli ad enatas Decretales, nec dum evulſus fuit ſuperiori ſæculo à viris ſanctis Luthero, & Calvino, qui quidem non tam à Papa & Papiſmo defecerunt, quam à religione Romana, ut qui (ſaltem Calvinus) in reformatione ſua, imitati ſunt Tyrios, obſidione cinctos ab Alexandro Magno, cum aureâ catenà devinxerunt Apollinis ſimulachrum, ne urbem deſereret. Nam Calvinus, amandatâ Papali religione retinuit ſibi Poteſtatem Papalem, & ſeduló cavit, ne Genevam deſereret. Sanè Patres Tridentini, crediderunt in eo Papiſmo, ſeu Poteſtate Eccleſiaſtica, conſiſtere formalem rationem Religionis Romanæ, ut is cenſeri debeat bonus Catholicus,

non qui fidem Tridentinam recipit, sed qui imperio Papæ subest. Nam cum in Concilio, nunciatum esset, Henricum VIII. Angliæ Regem defecisse à Religione Romana, & id pernegatum esset à legatis Regis, Patres Tridentini definiverunt illum demum deficere à Religione Romana qui deficit à Papa. Crimen Henrici fuit, quod Papam sibi separatim constitueret in Anglia, valere jusso non cultu Romanensi, sed Episcopi Romani imperio.

J'Ay encore un mot à vous dire, Monsieur : mais pour vous délasser, quoy que je ne change pas de sujet je changerai de langue. C'est pour appuyer ce que je n'ay fait que toucher en passant, dans mon huitiéme corollaire, où je vous parle des cruels effects de la Puissance Ecclésiastique. Genéve qui est le lieu, à qui elle doit son établissement dans le party des Protestans, en a veu de terribles effects. Il y a passé cent ans qu'on y a brulé Servet, & il y a passé cent ans

qu'on

qu'on vous le reproche. Pour ſoûtenir cette cruelle exſécution, Monſieur de Béze mit en lumiére un traitté, par-où il prétend de prouver, qu'il faut emploier l'épée contre les hérétiques. Cette épée dégaignée ſi témérairement, a coupé la gorge à un million de fidéles. Le maſſacre de la St. Barthelemi en eſt une malheureuſe production. Béze dit, Il faut égorger les hérétiques: Rome a dit vous eſtes des hérétiques: Et la concluſion de ces deux prémiſſes, qui ſont auſſi fauſſes l'une que l'autre, a eſté ſuivie de tous les maſſacres que l'Egliſe Romaine exerce de tems en tems contre nous. Il auroit eſté à ſouhaitter qu'une ſi triſte expérience, nous euſt rendu ſages. Cependant aprés toutes ces horreurs, nos Egliſes continuent dans ces furieuſes maximes, qui expoſent ſes enfans à la boucherie. Genéve a nonobſtant cela condamné au feu un Miniſtre nommé Antoine, qui fut brûlé il y a environ 45 ans parce qu'il Judaïzoit. Dans ce Royaume, en l'an 1611. le Roy Jacques s'eſtant laiſſé ſurprendre aux remontrances
des

des hiérarchiques en vertu d'un Statut *de* COMBURENDIS HÆRETICIS, que l'Angleterre soûs la tyrannie Papale avoit publié contre les vrais adorateurs de J. C. consentit à la mort de Bartolomée Légate, & de Edovard Whigtman. Et ils furent tous deux brûlez vifs pour l'Arrianisme dans Londres. Mais ce bon Prince en conçeut une si grande horreur, qu'il en témoigna toute sa vie un extréme déplaisir, & protesta qu'il ne permettroit jamais de semblables cruautez si indignes de la modération Chrestienne. Je m'assure Monsieur, que pendant que Genéve sera assez heureuse pour vous avoir à son timon, vous ne souffrirez pas non plus de telles violences; Vous qui estes l'un des plus vigoureus obstacles aux efforts que la puissance Ecclésiastique fait dans vostre ville, pour arracher le gouvernail des mains du Magistrat, & pour s'élever sur les ruines de cette légitime authorité: Vous apprendrez à vos Pasteurs à se conduire par l'Esprit de Christ, qui est *un Esprit de douceur, de modération & de sens rassis*, vous leur apprendrez

drez à gaigner les cœurs par la raiſon, & par les perſuaſions, ſans entreprendre de vouloir forcer les corps par la violence. Cela eſt bon à Mahomet, de planter la foy de ſon Alcoran à coups d'épée. Jéſus-Chriſt n'établit celle de ſon Evangile, que par l'évidence de ſa vérité. Il faut laiſſer cette premiére voye au Pape, qui n'a établi, & maintenu ſon Empire que par le fer, & par le feu, par les impoſtures de ſon Excommunication, & par les fureurs Diaboliques de ſon infernale Inquiſition. Nous *n'avons pas ainſi appris J. C.* C'eſt faire tort à ſa vérité, de croire qu'elle ait beſoin du bras de la chair. Laiſſons ſa croix toute ſeule, & elle opérera mille-fois plus, qu'en y joignant la violence: cette derniére peut bien forcer la bouche ou la main des perſonnes timides, pour faire des confeſſions & des ſignatures feintes: mais on ne ſcauroit gaigner ce cœur que Dieu demande, autrement que par la raiſon. C'eſt la méthode que J. C. & ſes Apoſtres ont ſuivie. Leurs plus proches ſucceſſeurs durans trois cents ans, ont

fait

fait de merveilleus progrez. Ils ont répandu l'Evangile presque par tout, mais par quel moién? Est-ce en persécutant ceux qui refusoient de recevoir leur doctrine? Tout au contraire ils estoient exposez eux-mesmes aux persécutions les plus violentes. Ils n'avoient point d'autre feu que celuy de la charité & de l'évidence de leur doctrine, ni d'autres armes que cette épée à deux tranchans, qui atteint jusques au fond de l'ame, dont il est parlé dans l'Epitre aux Hebreux.

On m'opposera peut-estre l'exemples des Apostres-mesmes qui ont frappé d'aveuglement, & de mort ceux qui leur contredisoient, comme St. Paul en usa envers l'enchanteur Elymas, & St. Pierre contre Ananias & Sapphira. Mais je croy que J'auray raison de répondre à ceux, qui veulent couvrir leur cruauté par ces exemples, qu'ils ne *savent de quel Esprit ils sont menez*, comme nostre Seigneur le répondit à ses disciples, lors qu'ils vouloient faire tomber le feu du ciel sur leurs ennemis, parce qu'Elie en avoit ainsi usé sous la loy. Car premiérement

ment les Apostres avoient le discernement des Esprits, ce que nous n'avons pas : Ils savoient distinguer les hypocrites d'avec les gens de bien. Ils connoissoient ceux qui avoient péché contre le St. Esprit, & ceux qui n'estoient pas tombez dans cét estat desespéré. Parce qu'ils regardoient les premiers comme des damnez, qui estoient desia entre les mains du diable, & qui estoient déterminez à l'impénitence, ils en faisoient des exemples des jugemens de Dieu, & des tableaux d'épouventement, qui rendoient la doctrine de l'Evangile plus vénérable. Mais puis que nous n'avons pas aujourd'huy la mesme connoissance, il ne nous est pas permis d'agir de la mesme maniére. Je di encore que dans l'établissement de l'Eglise Chrestienne, la providence divine a permis qu'il y ait eu de ces sortes d'exemples, pour faire connoitre que le Christianisme n'estoit pas une école de libertinage & d'hypocrisie, mais de vérité & de sainteté. Il en est arrivé comme dans tous les Estats du monde, où c'est la coûtume de punir sévérément les premiéres

fautes

ceux qu'on appelle *Hérétiques.* Car St. Paul n'a pas puny ceux qui renversoyent la foy de la résurrection des morts; ni St. Jean, ceux qui de ce temps-là nioyent la divinité du fils de Dieu. St. Paul emploie contre les premiers ces beaux raisonnements que l'on ne peut lire sans admiration dans sa 1. aux Cor. ch. 15. & St. Jean a écrit contre les autres son Evangile, dont le dessein, selon le sentiment de tous les Peres, est de prouver la divinité du fils de Dieu : Comme ces péchez-là peuvent estre appelez *Spirituels*, ils doivent estre combattus par les lumiéres de la raison éclairées de celles de la grace, & les Apostres ont dit à cét egard, *Les armes de nostre milice ne sont pas charnelles.* Contre qui est-ce qu'ils ont exercé les châtimens corporels? ç'a esté contre ceux qui violoyent les préceptes de l'équité ou de l'honnesteté naturelle, contre les hypocrites qui vouloyent imposer aux hommes, & à Dieu-mesme, comme Ananias & Sapphira, comme l'incestueux de Corinthe, & comme ces Epicuriens de la mesme Eglise qui s'enyvroyent honteuse-

teuſement dans le temps meſme qu'ils ſe préparoyent à la communion. Si lors qu'il falloit établir l'Evangile, les Apoſtres n'ont pas puny de peines corporelles les hérétiques, combien moins l'a-t'on du faire dans les aages ſuivans ? & ſur tout puis que nous n'avons pas une connoiſſance auſſi grande que celle des Apoſtres pour connoître aſſeurément ceux qui ſont dans l'erreur. Preſque toutes les communions s'accuſent les unes les autres d'héréſie, s'il eſtoit permis d'exterminer ceux que l'on tient pour tels, les Chreſtiens donneroyent un agréable divertiſſement aux Turcs, en s'egorgeant les uns les autres. Autrefois le grand zele des Papes, qui a touſ-jours eſté animé par cét *Eſprit meurtier*, faiſoit preſcher les croiſades contre les Vaudois & les Albigeois. Tous les Rois qui reconnoiſſoient ſon Empire, ſecondoyent de toutes leurs forces la fureur de *cét homme de péché*: mais à preſent on s'eſt un peu modéré; on a de la honte des violences paſſées; & ces mouvements bouillans, qui ne parlent que de détruire les hérétiques, ne ſont plus
que

que dans la cervelle d'une sotte populace : Les personnes sages & bien sensées, mesme dans la communion Romaine, sont dans les sentiments d'un Ancien Evesque de nos Gaules, c'est Martin Evesque de Tours, qui eut en horreur la cruauté dont Ithacus & Idacius avoyent usé contre Priscillien, de qui ils solliciterent le supplice : Quelque hérétique qu'il fust & quelque Orthodoxes que fussent ses ennemis, le bon Martin détesta leur conduite : Il creut que s'ils gardoyent *la vérité*, ils avoyent renoncé *à la charité*, qui n'est pas moins essentielle au Christianisme, & il se retira de leur communion.

Quoy que je parle fort souvent de ces matiéres-là à Mrs les Théologiens, je n'espére pourtant pas, Mr. d'en pouvoir recueillir le mesme fruit que j'en attends de vous ; Ils écoutent ou lisent mes raisons, comme un attentat sur leur prétenduë authorité ; & si je les faisois mes juges je craindrois qu'ils ne tinssent pas la balance droite, parce qu'ils sont mes parties. Aussi quelque dissentiment qu'il y ait entreux sur les autres articles de la religion Chresti-

enne, quoy que les uns ſe diſent les diſciples de Luther, & que les autres ſuivent Calvin ; quoy que les uns veulent l'Epiſcopat, & que les autres ſoûtiennent avec chaleur qu'il n'y a que le gouvernement Presbytérien qui ſoit Apoſtolique ; quoy que les Egliſes Reformées ayent le malheur d'eſtre diviſées d'affections, de communion, de créance, & de Diſcipline, cependant il y en a tres-peu qui ne veuille ériger un tribunal Ecléſiaſtique diſtinct du Civil, *Sic enim diſcordes ſociantur, & eandem utilitatem fovent, ubi omnium eſt idem amor imperii* ; comme dit Tacite.


Mais, Mr., il ne faut pas que le plaiſir que j'ay de vous entretenir me rende ennuyeux. Je m'en apperçois peut-eſtre un peu trop tard, puis que je voy qu'au lieu d'une Lettre, je vous ay fait un petit livre, & je ſuis d'autant moins excuſable qu'il ne faut pas beaucoup de paroles à un juge auſſi éclairé que vous ; toutes fois je ne m'adreſſe pas ſeulement à vous comme à mon Juge, je cherche en vôtre perſonne un aſſocié qui ſe joigne à moy pour

pour donner un dernier coup de maſſuë ac l'Eveſque de Rome, qui ſubſiſtera toûjours pendant que Mrs. nos Miniſtres défendront la puiſſance Eccléſiaſtique & l'Excommunication, qui ſont les deux piliers qui ſoûtiennent ſon injuſte Monarchie. Du moins, Mr. je ne croiray pas avoir perdu le peu de temps que j'ay employé à vous faire cette Lettre ſi elle ſert à m'acquérir quelque part à vos bonnes graces, & à vous perſuader que je ſuis avec autant de reſpect que de ſincérité,

Monſieur,

Voſtre tres-humble & tres-obéïſſant Serviteur

Loüis du Moulin.



Nobili & Reverendo Viro D. Davidi Primirosio, Pastori Ecclesiæ Gallo-Londinensis, S.

SÆpenumerò, vir Reverende, me interpellavisti de schedula viri Clarissimi D. Edoardi Stillingflit (merito suo Celeberrimi propter acre ingenium, eruditionem, cujus est celerior cursus quam ætatis, & luculenta scripta publici juris facta) de Excommunicatione instar mantissæ Irenico suo adjuncta: in quâ, cum iisdem hypothesibus, quibus insisto in Paræncsi mea, Jurisdictionem Ecclesiasticam profligasset; imo è medio sustulisset, adeoque ejus propaginem Excommunicationem eâdem ruinâ involvisset; nec inter hæc placeret

ceret Irenicum Viris Principibus de Hierarchia sua, apud quos gratiam & sacerdotia aucupabatur, & quibus imprimis Excommunicatio est fructuosa, commodum existimavit, è visceribus Parentis, seu Jurisdictionis Ecclesiasticæ, fœtum in vitæ & mortis confinio adhuc spirantem extrahere, quem foveret & aleret absque uberibus Matris, in spem ut vitalis foret, assurgeret, & aliquando in pedes insisteret. Sæpenumeró, inquam, submonuisti & edixisti, hactenus à me parata arma, & nomine tenus decretoria esse in Potestatem Ecclesiasticam, quandiu intacta & inviolata remaneret excommunicatio per quaternionem illum cartæ, nec ullo Scripto contrario à me refelli posset, propter argumenta, tuo judicio usque adeo cogentia, quibus Doctor Stillingflit Excommunicationem asserit & astruit, ut ad palinodiam quemquam qui esset author Paranæseos adigerent, meque imprimis cogerent retractare verba quæ non semel tibi protuli & affirmavi, non sine offensa Celeberrimi Claudii, scilicet, siquidem Excommunicatio non esset

esset institutio Evangelica, sed merum & figmentum humanum & terriculamentum sesquipedalis vocabuli, ut est Transubstantiatio & Batrachomyomachia, par esse ut Antistes qui præest sacris, in synaxi prævia celebrationi Eucharistiæ, non ulterius dicat se excommunicare impios, idololatras, hæreticos authoritate & in nomine Jesu Christi, sed potius, authoritate & in nomine Johannis Calvini, nisi malit totam pericopen transilire, de Excommunicandis illis, qui longo ordine ibi recensentur, homines vitæ projectæ ad vitia & scelera. Nam insuper optarem ut eraderetur è confessione nostra articulus 33. quo dicitur Excommunicatio res bona, & in Ecclesia retinenda. Certè Presbyteriani Angli, volunt non solum esse bonum & sanctum institutum, sed & ad salutem perinde necessarium, atque verbum & sacramenta, verba sunt in suo Dissensu à fratribus Independentibus pag. 63. *Excommunicatio recipi debet ut salvifica animarum institutio facta à Jesu Christo, non minus quam verbum & sacramenta,* Anglicè, *Excommunica-*

tion

tion should be embraced as a Soul saving Ordinance of Jesus Christ, as well as the Word and the Sacraments. Adhæc horrui & steterunt comæ, ut qui non dubitem affirmare Excommunicationem non solum esse vanam, futilem & inutilem censuram, sed & perniciosam, & tam absurdè Potestatem quæ eam peperit dici Ecclesiasticam & Spiritualem, quàm illa authoritas quam adhibent medici, fabri, mercatores in ordinandis suæ societatis rebus diceretur Potestas Medica, fabrilis & mercatoria: sed hæc obiter. N[illegible] incumbit mihi probare quàm imbecilles sint tibicines, quàm fluxa argumenta quibus Doctor Stillingflit suam Excommunicationem succollat: Nam audacter dixerim tam infirmis præsidiis & argumentis defendi Excommunicationem à Clarissimo Anglo, quàm tribunal Ecclesiasticum inter Reformatos conatur astruere vir longè illustris, isque Gallus, Marcus Antonius Bastidius: ita tamen ut nec hic, nec ille laborent defectu aut ingenii, aut eruditionis, quæ utrisque supersunt, imo superfluunt, sed infirmitate causæ.

1. Porro

1. Porro noster Anglus unâ chordâ oberrat & perpetuo paralogismo suum opusculum texit, per indiligentiam, ne dicam ignorationem inquirendi in naturam & authoritatis & Ecclesiæ. Fingit nobis authoritatem mediam, inter authoritatem persuasionis quæ est consilii & declaratio sententiæ & animi suggerentis, quid facto cuipiam opus sit, quid justum, quid æquum, quid rebus ipsius conducat, & sit conveniens; & authoritatem jurisdictionis seu coactionis & Magistraturæ, quæ fit imperando, vetando, cogendo, puniendo; per quam mediam potestatem, vult unamquamque Ecclesiam particularem Excommunicare impium; cum tamen, non sacra Scriptura, non ars, ingenium, sapientia humana; non Jurisconsulti, Patres, non Theologi, seu Protestantes, seu Pontificii, non experientia omnium seculorum, non hodierna, possint edere, nisi duas vias, per quas & homo ad aliquid agendum, dicendum, ferendum adducatur, vel qui sunt sub Potestate, cives, liberi, uxores, servi exsequantur, id quod illa potestas jubet, aut fieri

fieri cupit. Certè probi authores, seu profani, seu Sacri, Græci, Latini, nullum unquam interposuerunt medium consilio & imperio. Dominus Jesus non alios, in epulis quas celebravit sibi adjunxit convivas præter illos aut quibus persuasit, aut quos compulit intrare. S. Petrus 1 Epist. cap. 5. v. 2. & 3. vult omnia peragi in Ecclesia non imperio, sed exemplo, non cogendo Dominorum modo, sed voluntatem flectendo, ut quis ultro, ex nolente fiat volens. Jus canonicum ubique nobis ponit duos gladios, alterum Spiritûs & Verbi, alterum materiale, quod est Potestatis secularis. Synodus Parisiensis sexta, disertè affirmat intra Ecclesiam duas solummodò authoritates conspici & vigere; alteram per doctrinæ sermonem, alteram per disciplinæ terrorem, hanc ascribit Magistratui & Potestati seculari illam sacerdoti. Rivetus duas hasce vias tradit, tom. I. p. 1371, & 1374. unam hortando, monendo, movendo & permovendo, & fit à Ministro; alteram imperando & cogendo, per Magistratum. Calvinus ipse Excommunicationis

acer-

acerrimus vindex idem putat. *Si quis* (inquit in disciplina Genevensi inter epistolas pag. 125.) *contumaciter spreto consistorii judicio ad mensam sacram se ingerat, repellatur à ministro:* nempe vir magnus existimavit Excommunicationis sententiam, merè consilium esse, aut verba incassum aerem ferientia, ut sunt animi & sententiæ declarationes, nisi accedat coercitio.

2. Percurrantur omnes hominum societates, cœtus, synodi, collegia, mirùm ni in singulis duæ authoritates sint conspicuæ; una functionis, perítiæ, sententiæ animi & consilii, per quam uni cuique in sua arte perito, multum tribuimus, & viro senatoriæ gravitatis etiam in vultu & verbis fides est & authoritas; altera jurisdictionis, coercitionis, Magistraturæ. Episcopus in Synodo, putà Constantinopolitana, contra Macedonium, sententiam fert pro peritia, & functione sacra in gratiam othodoxæ fidei exeritque primæ classis authoritatem. Sed se aggregat & concedit in majorem numerum qui vincit Macedonios Episcopos numero tantum triginta quinque, non

non per primam authoritatis classem sed per secundam, nec in illa Synodo exerit quam vir doctus mediam potestatem fingit.

3. Non facit ad rem quod multis verbis conare probare conatur, Ecclesiam realiter distinctam esse à republica, adeoque donatam à Christo authoritate ut res suas seorsim ageret & ordinaret; fideles in suum cœtum admitteret, impios & ἀπίκτους pelleret. Nam una quidem ratione, (& unà tantum) differt Ecclesia à republica, ut quando tot Christiani conveniunt in unum locum ad audiendum verbum & participanda sacramenta. Sub hacce ratione ipsa respublica & qui ad ejus sedent clavum, concedunt in formam Ecclesiæ & Stationem tenent fidelium ut minimi de plebe Christiana, tenentur juxta se morigeros præstare hortationibus imo imperiis pastorum. Per quam quidem Ecclesiæ acceptionem, verius dicitur & locutione aptiore rempublicam esse in Ecclesia, quam Ecclesiam esse in republica, ut loquitur Optatus Milevitanus. At per alteram rationem, quatenus Episcopi Presby-

teri, seniores & primores de plebe Christiana coeunt in consistorium, aut synodum, & conficiunt, ut volunt Ecclesiam representativam; tum ejusmodi Ecclesia non differt à republica, sed induit naturam communem omnibus coetibus, civilibus, politicis, ut sunt hæteriæ fratrum, vicinorum, opificum mercatorum; collegia Medicorum, Philosophorum: consessus senatorum & virorum militarium, in quibus conspicua est duplex authoritas, altera functionis & peritiæ; altera jurisdictionis & Magistraturæ, nec refert utrum necne, hæc Ecclesia sit collecta sub Magistratu infenso & heterodoxo, an verò sub amico & orthodoxo & cui res Ecclesiæ sunt cordi; nam utrobique Ecclesia ejusmodi non differt à republica, vigetque in ea Magistratura, seu delegata ab amico Magistratu, seu assumpta per disciplinam confœderatam, ut non opus sit potestatem ligandi & solvendi, nec non claves regni cælorum accersere in auxilium, unius Magistraturæ potius quam alterius. Nec hic se infert viri docti media potestas, ut nec minus se exerit in illa

Eccle-

Ecclesia duplex authoritas, at nulla Excommunicandi potestas, nisi sit effectus unius aut alterius authoritatis: hoc est aut primæ, aut secundæ classis.

4. Sanè vir doctus Irenic. pag. 41. nullum relinquit locum potestati mediæ per quam impius, aut arceatur sacris, aut cœtu moveatur per Excommunicationem; ibi enim distinctè edit nobis duas classes authoritatis in Ecclesia, vel intra Ecclesiam.

Distinguere debemus inter potestatem externam seu objectivam circa materiam religionis, & internam & formalem: hanc vocant elicitivam & potestatem ordinis: illam imperativam seu jurisdictionis, quæ est potestas Ecclesiastica, ut altera est circa Ecclesiastica: duæ illæ potestates ponuntur disertè & distinctè à Constantino magno apud Eusebium; altera τῶν ἐκτὸς, altera τῶν ἔσω τῆς Ἐκκλησίας: interna formalis & elicitiva potestas, quæ est ordinis consistit in authoritate & exercitio functionis ministerialis in prædicando & administrandis sacramentis: altera externa objectiva seu imperativa quæ est jurisdictionis consistit in provisu, defensione & protectione ac propagatione

religionis; prima ad solos ministros pertinet, secunda ad supremum Magistratum: per eam distinctionem intelligere possumus & solvere hancce questionem tantoperè & tam diu agitatam: circa mutuam subordinationem protestatis civilis & Ecclesiasticæ, nam ut ait Petrus Martyr, hæ duæ potestates sunt quodammodo ἀντιστροφαὶ & variis modis circa unum versantur: neque enim est Pastorum jus dicere & justititiam administrare, sed jus & justitiam declarare ut ritè administretur. Vice versa non debet Magistratus concionari & administrare sacramenta, sed curare debet ut non desint qui illis muneribus defungantur.

5. Longus hic Sermo, nec decurtatus per ἀπόσπασμα nec aliorsum tractus totam dissertatiunculam Excommunicatoriam viri docti convellit & diruit: imprimis destruit potestate millam mediam, quæ nec est potestas verbi nec potestas Magistratûs, aut saltem non est potestas quæ supplet locum & officium Magistratûs: Namque clarè disertè & expressim, duas nobis intra Ecclesiam exhibet potestates juxta Synodum Parisiensem sextam, alteram per

per doctrinæ sermonem, alteram per disciplinæ terrorem; alteram pertinentem ad sacerdotes Dei, ut loquitur synodus, alteram ad Potestates seculares, seu Principes populi. Id quoque est notandum in viri docti sermone, quod censeat potestatem quæ res externas ordinat in Ecclesia, & quæ perperam dicitur Ecclesiastica, pertinere ad Magistratum & si cuiquam duarum harumce potestatum ascribenda sit potestas Excommunicandi, ascribendam esse Magistratui seu potestati, analogæ potestati Magistratûs intra Ecclesiam: hic tamen te submonebo obiter virum doctum paulò minus tribuere potestatis Ministris Evangelicis quam tribuo & tribuere soleo & æquum puto: nam præterquam quod integram illis potestatem tribuam, quæ est functionis & ordinis, insuper æquam & eandem quæ est jurisdictionis ascribam illis potestatem, quæ sacerdotibus attributa erat; non quidem quâ sacerdotibus & functione sacra præditis, sed quâ principibus populi. Hic observandum quod vir doctus, seorsim incedat & abeat ab omnibus Protestantibus, imo à suis

 An-

Anglis, qui volunt orbem Christianum regi per tres Potestates, unam merè spiritualem quæ est verbi in corda hominum; secundam, quæ dicitur Ecclesiastica, quæ tribuitur viris de sacro ordine in regimine externo Ecclesiæ, tertiam quæ est politica pertinens ad Magistratum. Primam agnoscit vir doctus, sed secundam & tertiam tribuit Magistratui, ut jam nullum locum det protestati suæ mediæ secundum hoc Potestatum diagramma.

6. Porro quod Ecclesia (de illa loquor quam representativam vocant) quod consistorium, synodus constans ex Episcopis, Presbyteris, seu Ministris, & ex senioribus differant à republica, id factum est per hominum improbitatem, præsertim per typhum, & ambitionem cleri annitentis sibi imperium struere in imperio alieno, & in capita Regum & Magistratuum; estque tela, quæ texi cœpit tempore Pauli à fabris mysterii iniquitatis, contra morem & praxim Ecclesiæ Dei per quatuor millia annorum ante adventum Christi: namq; toto hoc tempore, Ecclesia & Respublica, unum erat corpus,

pus, unus erat decalogus, una norma & regula morum, fixa & præscripta sacerdotibus, Principibus populi & ipsi populo. Una erat juridictio, unum tribunal. Ipsi Sacerdotes & Levitæ æquas habebant partes in Magistratura & ex æquo erant custodes utriusque tabulæ: Synagoga erat tam Ecclesia quam cœtus juridicus & politicus, in quo homines iidem qui vacabant verbo & orationi, dirimebant lites inter fratres & de omni causa cognoscebant; ut jam si Excommunicatio fuit in usu, quod tamen non credo fuisse liberâ republicâ, tum non magis esset actus Ecclesiæ quam reipublicæ. Illa distinctio Ecclesiæ à republica, & discrepantia legum Ecclesiasticarum à civilibus, Jurisdictionis Ecclesiasticæ à politicis, tribunalis virorum sacri ordinis à tribunali laicæ gentis ædificavit imperium in imperio, & implevit mysterium iniquitatis, sed defuit ars Cusoribus mysterii, per quam perinde esset dicotomia, decalogorum & Evangeliorum atque Jurisdictionum & tribunalium, ut unus esset fixus decalogus, unumque Evangelium viris de sacro ordini, at unus

unus juxta decologus unumque Evangelium laicæ nationi. Illæ fuerunt satanæ & mysterii iniquitatis profunditates & abyssi quos opposuit satan festinanti Evangelio se diffundere in totum orbem, nam sedulò cavit impurus dæmon ne ejusmodi remorâ sufflaminerentur tot Ethnicorum religiones, nihil enim magis impedivisset religiones Ethnicorum pervagare gentes & nationes, quam si sacerdotibus & mystis sua jurisdictio separatim fuisset attributa distincta à Jurisdictione civili & politica: namque (ut accidit inter Christianos) Jurisdictionum collisio & conflictus potuisset parere odium Paganæ religionis & animum divertendi ad alias religiones; inter quas forsan placuisset fides Christi, licet displicuisset eadem tribunalium & Jurisdictionum distinctio. Certè cum satan tot religiones commendaverit Ethnicis, in nulla tamen excogitavit dividere Jurisdictiones & tribunalia; nec fuit intellecta illa distinctio priusquam unà cum mysterio iniquitatis exoriretur Christiana religio. Cum Ethnici haberent suos Pontifices, Sacer-

cerdotes, Auſpices, Aruſpices, Augures, functione diſtinctos à muneribus civilis politiæ, imo haberent ſuum ſummum Pontificem qui præeſſet ſacris illis; nulla tamen inter eos fuit diſtinctio Juriſdictionum, unius quidem quæ præeſſet religioni & ceremoniis, alterius quæ reipublicæ.

Innotuit viro emunctæ naris & ſolertiæ ſagaciſſimæ & Impoſturarum Romanenſium probè gnaro, authori tractatûs longè doctiſſimi, cæterum partibus Hierarchiæ Anglicanæ addictiſſimo & quem quidam volunt fuiſſe Epiſcopum; innotuit, inquam illi hæc fraus & impoſtura diſtinctionis Eccleſiæ & Reipublicæ, ut duo in uno territorio erigerentur tribunalia, vultque per eam diſtinctionem Papam introductum fuiſſe in orbem Chriſtianum, cum dicit libro cui titulus *Epiſcopalis hæreditas, Dogma eſſe Pontificium aſſerere quod reſpublica diſcrepet ab Eccleſia.* Integrum locum habeo in Epiſtola ad Reverendum Muſſardum. Hæc ſi ſunt veriſſima, perinde mihi erit ad quam, ad hanc vel illam vir doctus referat & aſcribat poteſtatem Excommunicandi,

cum utrobique non major futura sit discrepantia inter Ecclesiam & Rempublicam Christianam quam inter hominem & animal rationale, adeoque nullum sit medium inter duo quæ unum & idem sunt.

8. Addo, siquidem omnes nostræ actiones voluntariæ, cogitata, dicta, facta, artes, sententiæ, negotia publica, privata, tendere & collimare debeant ad spiritualem finem, dicente Paulo, si editis, bibitis & quicquam agitis id fieri debere, habendo pro scopo & ultimo fine gloriam Dei & salutem animarum: tum siquidem unus est decalogus, una morum norma, una scriptura fixa omnibus hominibus cujusque sortis & stationis, par esse ut omnes cœtus hominum, Senatorum, Judicum, Philosophorum, Jurisconsultorum, Medicorum, Mercatorum, Opificum, tot sint Ecclesiæ Christianæ & eorum πολίτευμα, ut loquitur St. Paulus, sit virorum piorum & fidelium; ut jam si Excommunicatio est institutum Christi in Ecclesia usurpanda, utique sit actus cujusvis cœtûs aut societatis quæ nomen Ecclesiæ usurpare debet, nec

minor

minor sit potestas medicorum excommunicandi, & arcendi quempiam de suo collegio, quam consistorii imo quam Ecclesiæ propriè dictæ, ad quam fideles conveniunt ad audiendum verbum, & participanda sacramenta, certè quam consistorii, quod sanè non est magis Ecclesia Christiana quam conventus Judicum & Senatorum, qui profitentur Christianam religionem, & ad quem non denegatur fieri congruè appellationem, hocce non minus quam illo tractante res quæ pertinent ad regnum cælorum; nec consistorio infligente censuram cuiquam, quâ Jure & merito plecti non possit judicio consessûs Senatorum.

9. Et revera nulla est in Scriptura lex lata aut fixa consistorio potius quam Senatorum consessui, ut de disciplina Ecclesiæ aut de dignitate aut de indignitate ejus qui participet sacramenta, cognoscat, judicet & sententiam ferat, eoque minus si Excommunicatio non definitur per Scripturam quod potius debeat esse lex consistorii quam consessus civilis: verba sunt viri docti pag. 12. Irenici, *hoc quod mihi*

mihi nunc est illustrandum nullam legem tanquam universalem, fixam & permanentem quemquam Christianum obligare, nisi clarè & disertè pateat rem ita se habere ex instituto & voluntate Christi, ad eam subeundam usque ad finem mundi, hoc cum ita sit poterit homo dubitare usque ad finem mundi, non solùm an detur Excommunicatio, an à consessu virorum sacri ordinis, multó magis an à consistorio, an verò à consessu senatorum Excommunicari possit aut debeat, quandoquidem Scriptura de hoc nihil certi statuat, quin affirmet Calvinus dari pios & doctos viros qui existimant non esse necessariam Excommunicationem ubi Magistratus est Christianus, saltem si datur Excommunicatio satis esse si administretur à Magistratu ut affirmat Bullingerus. Et siquidem Excommunicatio refertur ad externa Ecclesiæ quæ non pertinent ad verbum & sacramenta, & de illis externis statuere debeat Magistratus, ut docet vir doctus passim in suo Irenico ubi præsertim de re agitur de qua in scriptura nihil est disertè & expresse constitutum, non peccabit homo,

homo, si se subjicit legi excommunicatoriæ, ut legi latæ à Magistratu politico.

10 Nam si mandatum de excommunicando impio tam esset lex Divina, quam mandatum, *non occides*; tamen nulla ejus vis foret in foro humano priusquam sanciretur à Magistratu: si sanciri debet à Magistratu aut à potestate analoga potestati Magistratûs, ergo non est actus potestatis mediæ.

11. Sed subit mirari quod vir doctus ascriptus ordinibus hierarchicorum, ascribat potestatem excommunicandi societati, contra morem & praxim usurpatum in Ecclesia sua, ubi unus homo seu singularis Episcopus, sola & propria authoritate excommunicat.

12. Sed quid opus est Ecclesiæ particulari recurrere ad jus Divinum positivum, ut sibi comparet facultatem arcendi à se noxium aut malum, cum id datum sit omni Eteriæ, familiæ, societati de jure Divino naturali.

13. Longum esset singula persequi in quibus ipse se non intelligit, & lectorem suum aut fatigat, aut circumscribit, saltem ducit per ambages & labo-

rinthios: quod admittit certam fuisse Ecclesiastici regiminis & disciplinæ formam in Ecclesia Judaica, at nullam penitus in Christiana, diruit omnia argumenta in gratiam excommunicationis: Nam apud quos (qui habebant operosam, expressam disertámque disciplinam) nulla erat mentio Excommunicationis, multò minus statuenda apud eos qui nullam omnino habent disciplinæ formam præscriptam. Et si apud Judæos obtinuit disciplina Ecclesiastica certa & particulatim scripto consignata, absque tamen ulla jurisdictione Magistratus; multò minus censendum est in Ecclesia Christiana dari Jurisdictionem distinctam à civili, cujus nulla extat disciplinæ forma & regula: nam congrueret cum ratione, ut certa & exacta disciplinæ Ecclesiasticæ forma, esset effectus potestatis Ecclesiasticæ, cum tamen nulla inter Judæos extaret potestas Ecclesiastica distincta à civili; at planè incongruum, absurdum & futile est statuere in Ecclesia Christiana potestatem Ecclesiasticam, ex instituto Christi distinctam à potestate Magistratûs, cujus ta-

tamen nullus sit realis effectus, ut est præscriptio certæ & exactæ disciplinæ.

14 Sed nihil tam evanidam reddit Excommunicationem, quam quod judicio viri docti nullo pede insistat: nam passim in sua schedula ponit formalem rationem excommunicationis in obligatione non externa parendi, sed interna, seu in fide conscientiæ, quam sibi facit justam vel injustam esse Excommunicationem, qua assertione totam suæ scedulæ compagem discerpit, & in frusta concidit, quatenus validitas legis aut censuræ non pendet à legislatore, nec à Judice, sed à Reo & Testimonio de se interno: quod tamen testimonium cum sepè non concordet cum declaratione facta à Pastore aut à Societate, nec id testimonium internum sit ab his notum nullibi comparebit Excommunicatio.

15 Nec minus diruitur per hanc agnitionem pag. 23. Schedulæ suæ, ubi ait sibi non constare an privatio ob crimen sit à communione, an verò à toto cœtu, & an excommunicatus sit exutus omnibus privilegiis, quæ conceduntur à societate, quandoquidem

de ea re ſcriptura nihil certi conſtituerit. Sanè qui hac in re hæret, & eſt pendulus, poterit totam fidem excommunicationis in dubium revocare, quo, & quo uſque tendat & à quibus ferri debeat, an jure ſocietatis communi omnibus ſocietatibus, an vi clavium, & poteſtatis ligandi & ſolvendi ; denique toto ſuæ diſſertatiunculæ complexu quæ eſt 30 paginarum, nihil ſolvit aut exolvit, ut meritò quod in me jocatur retorquere queam, quaſi meum ægrum privaverim facultate expultrice, conjecerimque in morbum quem vocamus *miſerere mei* : nam contra, expeditiſſima per meas hypotheſes eſt via ad cognoſcendum, quid facto opus ſit ad movendum aliquem, aut cœtu aut communione, quod fit non recurrendo ad poteſtatem ligandi & ſolvendi, non ad internum teſtimonium quod cujuſque conſcientia ſibi facit, ſed ad poteſtatem Magiſtratûs, quæ in quaque Eccleſia particulari viget ; ad quam vir doctus in exitu ſuæ diſſertatiunculæ nolens volens recurrit, cum aſſerit totam vim excommunicationis pendere à Magiſtratu, & ab eo ritè

&

& rectè fieri provocationem à sententia seu societatis, seu pastorum, haud absimilis Bellarmino, qui postquam diu disputavit de Justificatione, an per opera, an verò per fidem, claudit suam disputationem per illud *Tutissimum*, in solam Dei misericordiam recumbere.

Dum prelum fervet & laborant operæ typographorum, ad eum locum ubi excommunicationis futilitatem exculpo ex verbis viri docti; quod ejus inanis vis seu effectus sit, nisi accedat sanctio Magistratûs, venit in mentem me nihil annotasse ad verba quæ subjungit, inde confici supremum Magistratum non posse comburi fulmine excommunicationis, sed eximi debere è numero eorum qui huic anathemati subjiciuntur, hic rogo cum supremus Magistratus perinde detur Genevæ, & in Hollandia, quam in Anglia, licet verò forsan ducenti aut tercenti; Et cum in Republica, puta Romana fieret provocatio ad populum tanquam ad supremum Magistratum, Rogo, inquam, an omnes Archontes, singuli an conjunctim liberi sunt à censura excommunicationis, eo quod sunt

